

HEYDEN


SYNOPSIS

1653









SYNOPSIS DISCURSUUM

A Magistro

HERMANNO VANDER HEYDEN,

Medico Pensionario Gandavensium,

In gratiam Lectorum, illud non callentium, ab eodem Latinitate donata, & Publico bono consecrata.

In qua clarè & compendiosè deducuntur rariora & maximè utilia, dictis Discursibus contenta. Et præcipuè, SERI- LACTIS in Fluxu torminali, & maximè Dysenterico, AQUÆ FRIGIDÆ inter inauditos & incredibiles alios effectus, Podagræ dolores vel sistentis, vel mirabiliter demulcentis, & Ischiadicos novitios penitùs exterminantis, & securè absque omni suppuratione & defiguratione primo apparatu persanantis vulnera, Et ACETI-VINI, in præsetvatione à Peste, & ejusdem curatione, aliisq; morbis venenatis, ut in præcautione ab Hydrophobia, præstantissimæ facultates explicantur, & commendantur.

Multis additis observationibus novis, & scitu necessariis.

LONDINI,

Typis Jacobi Junii, Impensis *Octaviani Pulleyn* in Cœmeterio Sancti Pauli, Anno. 1653


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PERILLUSTRI

Et Generosissimo Viro, Domino

D. ALBERTO HUBERTI DE GUERNOVAL,

Equestris Ordinis Heroi, Baroni d' Equelsbeke, Toparchæ de Lendregem, &c.

Magnæ Gandæ Magno PRÆTORI,

Nobilissimis, & Amplissimis Equestris Ordinis Viris Domino,

D. CAROLO RYM,

Toparchæ de Bellem, Scheurvelt, &c. Magistratus Gandavensis Primati.

Dno. D. CAROLO ALLEGAMBE

Toparchæ de Basinghien, &c.

Cæterisque ejusdem Ordinis Dignitate, Nobilitate & Prudentiâ conspicuis, Supremi Subselhi ejusdem Urbis Senatoribus, eorumdemq; Consiliariis Clarissimis.

NOBILISSIMI & Prudentissimi viri, Anni sunt plus minùs quinque, cùm huic Urbi Flandriæ Me-

tropoli (Prædecessoribus in-
quam vestris) lucubratiuncu-
lam meam Gallicam liben
consecravi. Ita volui; Et u
verum est, quod nihil æqui
homini proprium esse oporte-
at, quàm beneficia gratitudi-
nis, & benevolentiæ demon-
stratione recognoscere, etiam
debui. Ita est profectò, multi
me nominibus obstrictum ha-
betis. Et inde factum est, quod
cùm plures urgerent instanti-
ùs, ut nova ibidem exhibita
remedia, & alia rariora maxi-
mè utilia, Publico Urbis &
Orbis bono, Latinitati dona-
rentur, obaudiendum putave-
rim; cujus etiam tam promp-
tæ meæ voluntatis exempla
adfero. Neque sanè alios Pa-
tronos, sub quorum auspiciis
hic meus Libellus lucem aspi-
ceret, quàm Amplissimas DD.

Vestras

Veſtras deligere licuit: Veſter quippe fœtus eſt, in matrice Urbis Veſtræ utero conceptus, in Urbe veſtra editus, qui ibidem etiam iamdudum, in ſubſtantia ſua, licet non ſub hoc Idiomate, maximũ fecit incrementum. Neq; me à propoſito, illud Pindari, Græcorũ Poëtæ longè celeberrimi, deterruit, πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέλεκται νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεναι βασάνῳ ἐς ἔλεγχον ἅπας κίνδυνος, quaſi diceret multa iam pridẽ dicta eſſe, nova autem examini proponere, ut explorentur periculi eſſe plenum. Scio equidem quàm difficile, & cenſuræ obnoxium ſit nova aliqua à nemine ante tractata, proponere, & in communem uſum velle deducere, ſcilicet iam ab annis 50. & his ampliùs, cùm nova quædam hic in communem uſum remedia deducere

primum cæpi, in hunc ſcopulum impegi, hoc, (inquam) periculum, & *Pindaricæ* veritatis acumen expertus ſum; Adeoque lividorũ quorumdam, qui novos hos curationum modos, ut vulgi fabulam venditabant, nil niſi propria jactitantes, morſibus aſſuevi; imò ita iiſdem obdurui, ut venenatam dentium illorum aciem (ipſa ſe prodeunte, & ab illis iam ſatis agnitâ veritate) penitùs retuſam, non pertimeſcere didicerim; imò quò continuata feliciter experientia, rationes, & fundamenta mea, è quibus hæc remedia primum in praxim deducenda judicavi, magis ac magis confirmavit, eò confidentiùs (cùm indeſinenter diverſi occurrant morbi, & crudeles dolores, obvia hæc remedia poſtulantes

tes)illa ipſa præſcribere pergo; Quo fructu? teſtentur experti, obſervent Zoili, dijudicent Docti. Ego interim hunc meum qualemcumque laborẽ in pignus obſequii mei & ævi-terni cultus, VOBIS, *Nobiliſſimi ac Vigilantiſſimi Viri*, dedicare non erubeſco. Quod ſi fortè ſupremum veſtrum Ordinem, & faſces Senatorios, exiguitate ſuâ, & inferiore ſtylo non adæquet; nova tamen ſua medendi methodo, quâ plurimis humani generis malis præſentiſſimam opem exhibet, diſplicere non poſſe præſumpſi: neque verò aliud quàm Medicum egi, non Oratorem; utilitatem inquam, non oſtentationem ſectatus ſum. Accipite, & favete; & dùm in procelloſa hac rerum tempeſtate, Urbis gubernaculo

fortiter manus præbetis, & de civibus, de Patria, de Rege optime meremini, permittite. Ut tantiſper Ampliſſimas DD. VV. interpellem, rogando ut hunc affectum ſereno vultu reſpicere, & æquo animo ſuſcipere non dedignemini, ab illo qui eſt

Ampliſſimarum DD. Veſtrarum Devotiſſimus Servus.

HERMANNUS Vander HEYDEN.

Lectori Præfatio.

EDITA primum exili mea Gallico Idiomate *lucubratiuncula*, *Viri Primarii monuerunt, mundo me scribere debuisse, non certis Regnis, aut quibusdam tantùm Regionibus ; alii brevem saltem ejus Synopsim Latio sermone postularunt, & ut piis illorum votis obaudirem, rationibus etiam deducebant, Latinum Idioma esse universalissimum, & quod præcipuo apud omnes honore celebratur ; quippe cùm non sit tam barbara usquam gens, quæ suos non habeat viros, & Latinæ linguæ vel maximè cultores, longè utilissimum judicabant, si hæc tam obvia & tam proficua (quorum multa aiebant hactenùs illecta & inaudita remedia) saltem compendio donarentur ; quod si singuli Latinam non calleant, suos tamen ubique inveniunt viros, quorum beneficio & interpretatione, ex Libello hoc, multis*

suis

ſuis languoribus medelam adferre poſſint. Hæc illi, pro innata erga omnes comitate & benevolentia. Quid ergo? Tantorum certè virorum conſiliis citiùs parere debuiſſem; niſi inde diſtractiones quotidianæ, & gravis mea hæc ætas & mentem & calamum revocaſſent. Fateor equidem, quod gratiùs forte fuiſſet Exteris, quibus Gallicum Idioma familiare non eſt, ſi Libellus hic latinè, politè, & ordinatè digeſtus prodiiſſet; Sed cùm Oratorum illa laus ſit, eorumq; Mæcenatum gloria, neque verborum ſplendor aut elegantia in Philoſopho aut Medico deſideretur, ne omnino quoque partibus meis deeſſe viderer, pro parte ſaltem morem gerendum duxi, relinquendo in primis ſuis terminis Idioma Gallicum (quod tamen recudere, & in aptiorem ordinem redigere decreveram) ut vel ſic, quantùm in me locum ſpectatiſſimorum Procerum habeant vota, demonſtrare poſſim. Pauca igitur ex Idiomate meo Gallico inſertionibus ſuis ultimis locupletato, & typis ſubjiciendo clare, & dilucidè perſtringam, & vel maximè ea, quæ jam olim ratione mihi

ſuggerente,

ſuggerente, & 53. annorum decurſu, quo praxim Medicam exerceo, ipſa medicarum rerum experientia matre confirmante, ſollicitè ſemper obſervavi, unde etiam exiſtimem ad intelligentiam eorum, quæ hic Latinè deſcripſi Tractatm meum Gallicum non omnino neceſſarium. Quod ſi quid fortè Lectori placuerit, & ſibi ſuiſve prodeſſe poſſit, nec illius hic ſatis ampla facta ſit deſcriptio, facili negotio ex Gallico, ubi pleraq; fuſiùs pertractantur, plenariam intelligentiam, per cujuſpiam interpretationem aſſequi poterit. Lectorem tamen monitum velim, me in hoc Idiomate nova quædam immiſcuiſſe, quæ in Gallico deſiderantur; quædam etiam quæ ibidem non adeò ex profeſſo, hic penitiùs, ac velut in individuo determinaſſe. Quorum Indicem in gratiam Lectoris ſubjunxi, ut prima fronte appareat quod eligendum putet.

CLARIS-

CLARISSIMO
EXPERTISSIMOQUE VIRO
D. HERMANNO
VANDER HEYDEN,
Primario Gandavensium
MEDICO,
Sibi Coætaneo, Gratulatur
JOANNES STULLIUS,
Corteracensium Medicus.

QUis tua commendet, Medicam qui corrigis Artem:
Vulneráque omisso pure, coire doces.
Qui subitò ventris cũ fluxu, tormina tollis.
Et Rabidæ pestis, sæva venena domas.
Qui Podagræ, coxæq; aliósq; aliosq: dolores,
Hactenùs indomitos, exsuperate soles.
Qui rabidi morsus canis, exitiale venenum,
Insidias cordi dùm parat, interimis.
His condigna novis, rarísq; enconiia nullũ,
Qui canat esse sciens, obstupeo & sileo.

INDEX

INDEX
Contentorum quinque hujus compendii Discursibus.

In primo tractatur, de effectibus SERI-LACTIS, *in Dysenteria & Diarrhœa torminali; & de differentia illorum ab aliis fluxibus.*

tor-

Secundus Discursus docet.

Tertius

Tertius Discursus agit de singularibus, imò incredibilibus AQUÆ FRIGIDÆ *viribus; de morbis, Contorsionibus, Contusionibus, Doloribus, & vulneribus, quæ per eam sine suppuratione curantur.*

Quod

In Quarto Discursu, De inenarrabili ACETI-VINI *viribus, & præcipuè in præservatione à Peste, & ejusdem curatione, tractatur.*

no

Quintus Discursus tractat de morbis Endemiis, eorumque symptomatis, quæ in locis mari vicinis vulgò Polders *vocatis, incolas potissimumque advenas huic auræ malignæ insuetos infestant.*

QUod præfati ab illis morbis communiter corripiantur ab Autumni princi-
pio

pio, & citiùs, quando major solitò solis præcessit ardor, 118
Quod similem auram etiam expirent lacus, & alia stagnantia & paludosa loca, nimis ab eodem ardore exsiccata. Prout etiam Prata, quæ postquam à copiosa pluvia obruta fueruut, & sedimentum illorum viscidum ab undoso imbre non est dissolutum, vicinos incolas inficiunt. 119.
Quod morbi qui ibi grassantur, sint tertianæ & quartanæ nothæ, & non raro continuæ, multíq; alii, qui illos tanquam symptomata sequuntur; quorum cùm sæpe major sit habenda ratio, quam febrium sub quibus prodierunt, varianda sunt remedia. 120.
Quod urinæ in absentia Patientis inspectæ, nulla sit habenda fides. Ib.
Quod ea non sit mittenda ad Medicum, sine debita instructione morbi status, ei per latorem recitandi. 121.
Quod signa sortilegii, in urina videri nequeant. 122.
Quibus præservativis muniri debeant maximè illi, qui auræ tam malignæ insueti eo proficisci coguntur. 124.
Quod multi viri Primarii, Chiliarchi etiam, & Marchiones in prædictis locis aut vicinis Urbibus præsidia sustinentes, & cum hoste rem habere putantes, à prædictis morbis oppugnanti, illis ipsis, si non ibidem alio translati, victoriam & vitam ipsam concesserint. 125.

Quod

PRIMU

PRIMUS DISCURSUS.

In quo de præcellenti Seri-lactis efficacia in Dyſenteria, & fluxu ventris torminali tractatur.

SErum lactis in Dyſenteria & Fluxu ventris, quem ſine cruenta inteſtinorum abraſione etiam concomitantur ventris tormina, unicè deprecavi; in illo autem quem nec febris nec tormina aſſociant, ab ejus uſu, imo & aliis iquidis tam potulentis quam eſculentis, in quantum fert afflicti conſtitutio, abſtinendũ volui, vinum amen rubrum in aliqua quantitate dmiſi.

Quod in fluxu non torminali abſtinendum ſit à ſerolactis.

Unde monendum hic Lectorem luxi, quod ab eo tempore quo ſerum lactis in fluxu torminali commendavi, plurimi promiſcue in uolibet fluxu abſque Medicorum onſilio illo utantur; ex quo etiam actum eſt, quod *Antwerpiæ & ruxellis*, à multis illud præparetur

& divendatur, ut sibi inde victum quæritent; cùm tamen expressè & specificè ejus exhibitionem in fluxu quem nec febris nec tormina concomitantur, in meo Idiomate Gallico inhibuerim; eo quod in hoc fluxu humoris peccantis acrimonia, aut salsedo (vera fluxus torminalis causa) abesse supponantur, quæ scaturiginem suam ducunt, ab interni corporis caloris & plerumque ejusdem hepatis excessu; aut ab externo solis ardore, exercitio vehementi, ab esculentis & potulentis acrioribus, & etiam à medicamentis expurgantibus; Quæ *Hippo.*: non admittere videtur, sub cane & ante canem, nisi premat necessitas, monendo tunc difficiles esse expurgationes, nec mirum, sub illo enim ardore, corpora nimium exsiccantur & consequenter humores nimiam acrimoniam induunt; & medicamenta ipsa quæ alias etiam acria pro maxima parte cùm sint Dysenteriam aliquando generant ideóque idem *Hipp.* alibi insinuat ut cum quis corpora purgare volueri

Causæ internæ & externæ fluxus torminalis.

Quod (cũ dejectoria quãdoque dysenteriam

voluerit , ea humida & fluida reddat.

Hinc patientes meos expurgandos, quolibet etiam anni tempore monui, ut ipſo purgationis die, maximè cùm tormina ſentiunt, aliquot ſeri lactis hauſtus bibant; ut acrimoniam vel humorum vel medicamentorum retundant; quod ut dyarrhæam torminalem & ipſam dyſenteriam citò curat, ita & faciliùs ab ea præſervat.

generent) ipſo purgationis die in aliis morbis, ſit bibendus unus & alter hauſtus ſeri-lactis.

Et vel hinc evidens eſſe poteſt, ſerum lactis curare æque ac præſervare. Et certè mirum eſt quantùm in curatione Fluxus torminalis cæteris remediis ſerum lactis antecellat, ſi frigidum in magna quantitate aſſumatur, qualicunq; tempore, ante refectionem, in illa ipſa, & poſt eandem, ac etiam ſerâ nocte continuetur, & vel maximè in hujus morbi primordiis, cum maxima ejus quantitas aſſumi debet.

Quod ſerum lactis etiã preſervet.

Hinc *Dioſcorides* perpendens amicam ejus naturæ noſtræ qualitatem, non urgente etiam dyarrhæâ torminali vel aliâ neceſſitate exi-

Quod serum ab ipso fluxus principio in magna quãtitate sit assumendum.

gente, continuationem ejusdem seri lactis in vere aliquandiu præscriptis sit, incipiendo a ℔ ß. idque verosimiliter ut fervorem sanguinis compescat, qui tum caloris & quantitatis sumit incrementum; & morbos qui inde generantur, & tunc grassantur (ut sunt Pleuritis, Angina, & similes) impediat. Et ipse *Hippo. lib. de victus ratione*, lactis Asininii (quod valde serosum est) cocti non minus cotylis 12. in aliquibus morbis voluit exhiberi; & si complexio corporis valida sit, etiam 16. cotylas bibi posse ait; cùm tamen cotyla unc. 9. contineat. Considerandum etiam est quod ab ipsa nativitate lacte (cujus longè maxima pars serum est) educati simus; Neque veró illud ut nimium refrigerans verendum est, cùm Gravissimus quidam Author (cui tamen non adstipulor) illud calidum esse sustineat; ego verò moderatè frigidum leniterq; detergens esse, non dubitem; & valde urgente acrimonia memini me semel præscripsisse, pocula octo, spatio diei naturalis à

Quod serum lactis etiam ab hoc fluxu preservet. Serum Frigidum leniterq; detergens est.

dysenterico

dyſenterico evacuanda, quæ etiam ab ipſo fine prædicti temporis exceſſu (ut curioſiſſimè obſervatum fuit) feliciſſimè exhauſta fuerunt: & quemadmodum hoc modo exeſi inteſtini ulterior hic dilaniatio impedita fuit; ita etiam alibi ulceris generationi, ſi quam citiſſimè fiat, nec tempus nec locus eſſe poteſt; regulariter tamen quoad uſum ſeri-lactis mediocritatem in hoc fluxu ſemper approbavi; & quibus ſerum lactis in promptu non eſt, donec confectum ſit, bibere poterunt lac butyratum, quod ex ſero & caſeo conſtat, & ut eorum ſeparatio fiat, illius frigidi aliquid in lac dulce dum ebullit injicitur; quo modo ſerum lactis conficitur.

Quod nulla menſtruatarū & exigua utero gerentium ſit habenda ratio.

Et cum hic mora vel maximè ſuſpecta ſit, nulla prorſus menſtruatarum (ut frequentiſſima conſtat experientia) & utero gerentium exigua habenda eſt ratio; unde prima etiam fluxus die, peccans humor proprio ad hoc medicamento non minùs expurgandus erit, quam ejus acrimonia, etiam ſub ipſa

Quod prima etiam fluxus die humor peccans expurgandus ſit.

ipſa expurgatione , ſeri lactis aſ-
ſumptâ quantitate retundenda ; nō
erit tamen utero gerentibus, tanta
ſeri, & laxativi quantitas exhibēda,
quanta aliis,eóq; minor, quo magis
appropinquat partus.

Quod iteranda ſit purgatio ſi tormina nō ceſſent

Quod ſi tormina non ceſſent (ut
ordinariè ſolent quando fluxus eſt
tantummodo 2. aut 3. dierū novi-
tius) iteranda erit purgatio, aut
ſi fortè duraverit una , duabus aut
tribus hebdomadibus, ſæpiùs repe-
tenda erit , idq; aliquando 2. aut
3. diebus continuis, aut ſaltem al-
ternis , prout circumſpecti Medici
judicio tormina requirere videbun-
tur; ut vel ſic tam antecedens quàm
conjuncta cauſa auferatur, quæ qu
diutiùs (licet multū diminuta
inteſtina torquere pergit , eo diffi-
ciliùs fluxus curatur; quamvis no
rarò adverterim, inveteratū etiam
eo quo dictum eſt modo , abſoluti
fuiſſe terminatum.

Virium habenda ratio eſt.

Interea virium in languidis e
habenda ratio,ne nimiū per dejecti
ria dejiciantur; ut in corpore à di
turno fluxu nimium flaccido fie
poſſ

possit, quod in novitio non ita verendum est, ubi licet ordinariè frequentes sint dejectiones, non adeò sunt abundantes; & in hoc nimiæ debilitatis metu mitiora erunt exhibenda laxativa; imo si per illa, aut absque illis vi morbi, nimia humorum aut sanguinis quantitas evacuetur, reprimi aut sisti ad tempus saltem poterit astringentibus, vel opiatis, aut etiam clysteribus, eo quo descriptum est modo.

Pro purgatione autem ordinaria, exhiberi solent illis qui provectæ satis sunt ætatis, syrupi rosarum solutivi cum rhabar. unc. 4. cum aliquot cochlearibus seri actis; quo syrupo cum rhabar. deficiente, sumuntur syrupi rosarum solutivi sine rhabar. unc. 5. cum eodem sero; adultis aut tenerioris complexionis minus propinatur; & si nimis exigua (ut aliquando contingit) succedat operatio, addi potest unc. una plus minus decocti cordialis solutivi, prout demitur, si nimium sit vehemens:

Qualis purgatio sit exhibenda in omni ætate.

vehemens: quod si syrupum aliqui abhorreant, ejus loco sument infusionem duarum autt'rium drachmarũ rhabar. factam in sero-lactis; aut manná calabrini unc. 2. plusminus cum eodem sero; pueris etiã exhibetur prædicti syrupi cum rhabar. unc. 1. puerulis unc. ß. cum cochleari uno atque altero ejusdem seri, & quidem adhuc sugentibu s tantundem, vel paulò minus, etiam cum tantillo seri datur, quibus ex eodem sero cum vitello ovi & micis panis albi feliciter data fuit sorbitiuncula pro alimento, & ipsum serum pro potu. Syrupus hic sero immixtus, ut mihi proprius huic affectui visus est, & absque metu nimiæ intestinorum proritationis exhibitus, ita & frequentissimus ejus ad vomitũ successus, immutationem vix unquam postulavit. Et quamuis hæc si citissimè, & debitè administrentur, & citò & satis infallibiliter curationem adferant, non differet tamen clysteres ordinarios, in hujusce morbi principiis, qui sibi suisve bene consuluerit;

rit; imo non bene expurgato corpore quandoque extraordinarii admittentur, compositi ex seri lactis libra una aut amplius, & syrupi rosarum solutivi cum rhabar. aut mellis rosarum solutivi unc. 4. aut 5. Clysteres verò huic morbo ordinarii fiunt ex eadem quantitate seri cum crudis vitellis ovorum duobus: & ut iidem diutiùs retineantur, & consequentur magis magisque prosint, semper actu frigidi etiam hyemali tempore injiciuntur; imo etiam iterandi sunt in urgentibus diarrheæ torminibus, & vel maximè & sæpissimè in dejectione cruentâ, quâ cessante, & purulentâ tantum materiâ ex ulcere aut cum pauxillo sanguinis mixtâ emanante, tepidi non nihil iniiciuntur. Alias in omni ætate, proportionatá quantitate, frigidos injici volui. Sic filiæ *Comitis* de *Wacken* dysentericæ, ætatis tantummodo duarum hebdomadarum, jussi clysterem iniici, cum repentiná sanitatis revocatione; rigidissimè etiam sæviente bruma, idipsum duorum

Clysteres actu frigidi injiciuntur.

Puerilis etiam 2. & 4 hebdomadarum injecti fuerunt Clysteres frigidi.

orum aut trium mensium puerilis fæliciſſimè ſucceſſit. Certè ſi plures etiam ex aliis partibus Medici non vulgares, ante annos plus minus triginta literis mihi objecerint, id ipſum & rationi, & *Hippoc.* aphoriſmo adverſari, ubi frigida partibus nervoſis & ulceroſis inimica eſſe monet, abſurdum omnino ſi non paradoxum, iidem judicarent, ſi frigidæ huic injectioni, nonnunquam acetum addi (ſic ſuadente ratione) hic ſuſtinere vellem; revera tamen hæc aceti commixtio proficua eſt, & non ſemel ejuſdem 3. 4. aut quinque cochlearia tam prædicto clyſteri ordinario, quàm alteri magis aſtringenti, immiſceri curavi, idque in fluxu, ubi unius diei lapſu deploratâ ſatis valatudine 2. aut 3. plus minus pocula ſanguinis dicebantur effluxiſſe; nec me fefellit ſpes, ſanguis enim ſubitò per frigus tam penetrans repulſus, & venæ orificium corrugatum & coarctatum fuit: neq; *Hippoc.* authoritati, per hoc quidquam detractum putem, cùm ipſe alio in loco, urgentibus

In magna ſanguinis effluxione etiam acetum clyſteri immiſcetur.

 gentibus

gentibus maximè malis, quovis modo ſuccurrendum velit; & ſi adhuc ratione confirmante opus eſt, longe ſane major hujus fluxus ſtatim enecantis habenda eſt cura, quam ulceris moram admittentis; nec ſumitur, hic indicatio ab ulcere quando frigida hæc fit injectio, ſed à fluxu ſanguinis nimis debilitante, qui per eam repellitur & ſiſtitur: ut ille è contrario deorſum trahitur, ſi pes in aquam calidam immergatur, quando in eo venæ ſectio fieri debet, ob menſtruorum ſuſpenſionem. Et cum per eandem immerſionem in aquam calidam in hæmorrhagia narium ſanguis revellitur, dum inde velut effrenis per modum torrentis, citato curſu effluens, nullo alio remedio & citiùs & certiùs ſiſti poteſt, quam tali in calidam immerſione, ad genua uſque & ultra, ſi neceſſe ſit; ut cuidam in limine fati jacenti & ab eo feliciter revocato contigit, cui crura & femora ſanguine privata frigebant; nec mirum, illius enim ad caput rapti effluxerant libræ octodecim,

decim, ut curiosissimè observatum fuit.

Relictà hâc parenthesi ad prædictam sanguinis in dysenteria dejectionem, unde digressus sum, redeo, ut significem me propter vires à tam præcipitante & copiosa sanguinis excretione nimium dejectas, venæ sectionem (quæ fortè locum habere videretur) non instituisse; quam etiam alibi in hoc fluxu dysenterico rarissime præscripsi, iisque qui me eam nimis œconomisare aliquando objecerunt, satisfieri putem, si mecum considerare velint, frequentissimas dejectiones easque cruentas nimis debilitare, quam ut ea facilè admittatur; nec ullo modo eam instituendam esse, nisi notabilis febris, abundans sanguinis excretio (modò non cum tanto excessu ut supra) aut ejusdem fluxus (ut hæmorrhoidum assuetus) suppressus, metusve, inflammationis intestini, eam requirere videantur; satis enim patientis calor temperatur seri-lactis copia, eâdemque peccantis humoris, salsugo aut acrimonia

Rarissimè hic locum habet venæ sectio.

acrimonia ſatis retunditur, & ipſe humor cum facilè expurgari, ſi modo opportunè fiat) & cum eo & morbus & omne periculum auferri poſſit, aliá evacuatione non opus eſſe mihi cum tante fiducia perſuaſi, ut vix unum ex ſexaginta dyſentericis venæ ſectione indigere felici omine mihi viſum fuerit; de quibus in Gallico idiomate ſatis relatum eſt, cum iis quæ in vitæ regimine obſervanda dixi ; ubi præcipuè à corporis motu, à pyperatis, ſalſis, omnibuſq; actu & potentiâ calidis, abſtinendum monui.

Et ibidem ſcripſi non tam frequentes in fluxu inveterato purgationes exhibendas eſſe, & eaſdem prout fert morbus variandas ; neque in eodem tantam ſeri-lactis copiam aſſumendam, quanta in novitio ſumi debet ; perſeverantibus tamen torminibus, licet multò minoribus, proportionaliter ſerum continuandum eſt ; vinum etiam rubrum potius in exiguâ quàm notabili quantitate ibidem admittitur, quod & dilui poterit aqua cum

In fluxu inveterato non exhibentur tam frequentes purgationes: neque tantum ſeri-lactis quantùm in novitio aſſumitur.

cum tantillo cinamoni cocta. Et sicuti in longioribus morbis, patientes facilè ad omnia oblata tam potulenta quàm esculenta nauseant, variari poterit potus ordinarius, pro constitutione morbi, quæ si dubia aliquo modo sit, aut patiens intra debitos terminos cohiberi non possit; indicatio sumetur à juvantibus & nocentibus non posthabitâ tamen illà quæà torminibus sumitur, quibus iterum crescentibus seri etiam plus resumendum, & vinum deferendum foret.

Quæ potulenta assumuntur.

Quantùm ad esculenta attinet ova maximè hic sunt in usu, ex quibus etiam variæ sorbitiunculæ confici poterunt, ac potissimum vitellos eorũ cum pane albo (præter quem hic alius in usu non est) in sero lactis decóquendo, infulsũ jus vitulinum, aut vervecinum pulli gallinacii, capi, & ex iis contusa vel restaurata confecta, panis tostus aquâ vinóq; imbutus, & saccharo aspersus, cùm notabilia ventris non obstant tormina, hic etiam locum haben

Quæ esculenta exhibentur.

habent; & actu frigida vel tepida, ut alia omnia in Idiomate Gallico relata assumuntur; ubi etiam aliqua medicamenta astringentia descripsi, quibus in novitio fluxu non concurrente occasione extraordinariâ, vix unquam, & in inveterato perseverantibus notabiliter torminibus rarò usus fui; imò neque frequenter iis quæ una ut scripsi habent facultat confortandi, & contagio dùm sævit resistendi, qualia sunt terrasigillata, bolus armenus, corallû, cornu-cerui ustum,& similia. Astringẽtium usus hic rarus est.

Et quemadmodum astringentia quæ hic in usu sunt, ut alvum sistant, parvæ sunt efficaciæ, multò minoris topica esse dixi, & inter illa oleis nihil, aliisq; applicationibus parũ fidendum esse; imò videndum, an non aliqua eorũ quæ in quotidiano sunt usu, potiùs nocere quàm prodesse possint.

Opiata licet dolores demulceant, ut suspecta reliqui, aliquando tamen in parva quantitate ea præscripsi, vel syrupi papaverini unc. unam atque alteram (satis abundante Opiata suspecta sunt ideoque rarus eorũ hic usus est.

dante copiâ ſeri-lactis & evacuantibus præmiſſis) ut quam breviſſimè in quantum fieri poſſet, avidæ expectationi patientis ſatisfieret ; verùm ubi tam exorbitantes fuerunt dejectiones ſive torminales, ſive aliæ, quæ per modum choleræ morbi, brevi temporis ſpatio debilitabant, theriacæ recentis drachmā unā, aut potius Labdani *Theophraſtii* pillulam quatuor aut quinq; granorum exhibere volui, quæ pillula tunc maximè locū haberet, ſi taliſ diarrhϾ exceſſui vomitus, aut ad eam propenſio accederet.

Omnium fluxuum exorbitātes dejectiones, ut choleræ morbi evacuationes eodē modo ſiſtendæ ſunt.

TERTIUS

SECUNDUS DISCURSUS.

De Cholera, morbo, & unico in eo remedio.

CHoleram morbũ ſubjungo, qui ut in ſuo decurſu maximè præceps eſt, ita pernicioſiſſimus eſſe ſolet; unde non potui eſſentiam ejus celeri calamo non percurrere, quo ejuſdem furor (qui tantus eſt aliquando, ut naturalis diei ſpatio hominem è medio tollat, aut ſaltem in limine fati conſtituat) omnibus & vel maximè repentino auxilio deſtitutis innoteſcat, & opportunè de remedio proſpiciatur, idque eò libentiùs, quod iamdudum adverterim inter predictum evacuationum diarrhϾ exceſſum, & choleram morbum eſſe aliquam affinitatem; unde etiam ſubinde dubium aliquod ſuboriri poſſet, quo pacto alter ab altero diſtinguatur.

Quid sit cholera morbus & quomodo ab aliis fluxibus distinguatur.

Est autem cholera morbus assidua & copiosissima bilis aliorũq; humorum & assumptorum per vomitum & dejectiones evacuatio; quam natura sine nimia virium dejectione ferendo non est, & hinc facilè videre est, quomodo à diarrhœa torminali aliisque fluxibus distinguatur.

Causa choleræ morbi.

Causam in Idiomate Gallico retuli, malignam potius humorum & assumptorum esse qualitatem, quam bilis acrimoniam; quemadmodum etiam idipsum insinuare videntur Authores, dum variandа esse remedia dicunt, prout hic morbus à causa calida vel frigida originem duxit; imo *Alexander Trallianus* se multos è limine fati revocasse ait per vinum illis exhibitum, *Erasistratus* verisimiliter considerans, tam cruditatis, quàm acrimoniæ hic habendam esse rationem; nihil majoris efficaciæ asserit usu vini aquâ diluti; quod & *Galenus libro de incisione venæ* commendat; sed cùm in malo tam atroci hæc nullatenùs sufficere videamus, confugiendum est ad labdan

dani *Theophrasti* pillulam ponderis 4. aut 5. granorum in ætate adultá; in puerulis gra. 1. & in aliis ætatibus proportionaliter, que tamen non exhibenda eſt, niſi poſt ſufficientes ſurſum deorſumque evacuationes, ne retineatur quod evacuari debet; nec differenda eſt vſque ad convulſiones, & dejectiones ſerum-lactis repreſentantes, & conſequenter naturæ deſtructionem adeſſe denotantes; tunc enim quàm citiſſimè ſumenda eſt, & eadem vino lota ſi integra evomatur aut alia ejus loco reſumenda; ſi autem reimeatur, & non ceſſet avacuatio, rurſus alia granorum duorum aut trium erit exhibenda, plerumque tamen unica hic ſufficit, & ut ea non reiiciatur, maſticanda eſt particula pomi citri decorticati, pauxilla ſacchari (ſi placet) involuta. Aliæ opiatæ non ſunt hic tam appropriatę, neque tam facilè retinentur, poiſet tamen defectu hujus exhiberi pillularum *Rondoletii*; aut opiatæ pectorales, deſcriptæ in Tractatu meo Gallico, de Tuſſi, Scrupulus ß.

Laudanũ. Theophraſti unicum hic, ſed poſt ſuffi cientes & non nimias evacuationes eſt remediũ.

De-

Deſcriptionem autem labdani Theophraſti ut apud nos in uſu eſt, nequis à vero tramite deviet, hic inſero, licet exigua & non proportionata ad reliqua, aliquorum ut unicornu quantitas, parum conferre videatur.

REc. *Specierum Diambræ unc. j ß infunde in aquæ vitæ rectificatæ* ℔ ß. *in loco calido vel ſoli bene expoſito, per dies* 12. *aut* 13. *ſcilicet donec ſufficienter facta ſit infuſio, ſæpè intereà agitando; tum relictis ſpeciebus adde infuſioni opy thebaici* ʒij. *diſſoluti cum ſucci hioſchiami* ʒj. ß *ſequenti die adde mumiæ, coralli rubri præparati, croci orientalis ana ſcrup.* j. *ſuccini albi* ʒ. ß. *unicornu, moſchi orientalis ana g.* 4. *& redacta ad inſtar tenuis pulticulæ, iterum per aliquot dies addendo aliquid aquæ vitæ rectificatæ ſi neceſſè ſit, ſive exſiccari ad conſiſtentiam maſſæ ſolidæ, ex qua formentur pilulæ datâ occaſione.*

Quæ confectio cùm tantæ ſit efficaciæ ut certum & unicum in ho

morb

morbo ſit remedium, multis To-
parchis aliiſque extra urbes degen-
tibus & magnam familiam alenti-
bus, ſemper conſului, ut de una
atque altera præfati ponderis pillu-
la ſibi proſpicerent, ne priùs à fu-
rore præcipitantis hujuſce morbi
obruantur, quàm ea preparari aut
ex urbium officinis adferri poſſit;
inde etiam Familiaribus meis iti-
neri ſe committentibus ſemper ſua-
ſi, ut cum illæ ubique reperibi-
les non ſint, ſemper unam atque
alteram circumferrent; & filiis me-
is ante annos viginti in Univerſi-
tatibus ſtudiis incumbentibus de
eadem proſpexi, unà cum deſcrip-
tione modi mei agendi, tam in
hoc morbo quàm in præfata Diar-
rhœa torminali & peſtis preſervati-
one, & curatione; à Medico tamen
loci inſpicienda, quo meliùs & cer-
tiùs curationi caveretur.

De victus regimine ſatis ſuper- Vitæ regimen.
que in alio Idiomate relatum eſt,
ubi dixi pro potu ordinario ple-
rumque hic in uſu eſſe partes æqua-
les aquæ & omphacii, ſcilicet utri-

Potus. usque poculum semis, decoctas cum vitello ovi & modicâ sacchari quantitate; & quando non nimium vrget sitis, vini rubelli aut ejus defectu albi Francici, sed veteris, haustus exhibetur, cui etiam pro re nata permisceri poterit aqua cocta cum particula cinamomi, tenuis etiam cervisiæ bene defæcatæ haustus admittitur; fiunt quoque etiam ex prædicto omphacio vel vino cum aqua, sacchаro, vitellis ovorum & pane albo sorbitiunculæ pro alimento, contusa restaurantia; panis albus tostus cum vi-

Esculēta. no, aquá diluto, & saccharo inspersus etiam hic habent locum. Omnia autem tam esculenta quam potulenta actu frigida sumenda sunt, & ne nimium bibendo multiplicentur evacuationes, siti subinde aliquatenús satisfiet absorbendo duo aut tria cochlearia ex vini & aquæ partibus æqualibus, addendo sacchari & succi citri quantum sufficit ad saporis gratiam. Poteri etiam pomi citri decorticati taleola abscissa & saccharo involut

ma-

[m]aſticanda offerri rob. de ribes, [&] berberis,& ſimilia refrigerantia [&] ſimul aſtringentia,quæ grata pa[la]to ſunt, utiliter etiam exhiben[tu]r.

TERTIVS DISCVRSVS.

[In] quo præſtantiſſimæ & incredibiles Aquæ Frigidæ *tam introrſum ſumptæ quà extrorſum applicatæ, vires deſcribuntur, & obſtupenda omnino (quæ per eam fit) vulnerum curatio commendatur.*

IN Opuſculo meo Gallico Patientibus meis aquam frigidam propinavi, ſed anne vel ſic inhumanus ſim? [a]nne vel ſic Medicus ſim? Certè [ni]hil æque ab articulari morbo [pr]æſervare, ſi ad minimum bis in [an]no,in veris ſcilicet, & Autumni [pr]incipio aliquot diebus continuis [ſ]umatur, vel ſoliti aliquot inva[sio]nis dies præveniantur; prout ni[hi]l in acceſſu ejuſdem æque prodeſ[ſe]... [mo]rbo articulari præſervare neque curare poteſt.

Frigida nihil æque à

ſe

ſe, & excruciantes ejus dolores delinire poſſe, multis rationibus longe lateque ibidem deduxi, & vel maxime ſi venæ ſectionem eidem aquæ frigidæ aſſumptioni maritare velimus; neque idipſum ullus inficiabitur, qui prægnantes rationes, ſi non demonſtrationes, quibus dicti morbi articularis dolores ab acrimonia aut ſalſedine, & proinde à calore generari probavi, nulla præoccupatus paſſione, & penitus inoffenſa mentis acie diſcutere voluerit; nec quempiam ab hac opinione alienabit, quod ſenes ſæpiſſimè, & ipſi aliquando Hydropici, hoc morbo corripiantur: ſunt enim in illis ſufficientes humores & ichores ſalſi ad hunc morbum procurandum.

Neque mirum videbitur alicui, quod partes afflictæ ab humore frigido intumeſcant, ſi ratione debilitatis caloris nativi introducta ab hoc maligno, illud fieri poſſe & debere advertat; maximè ſi ad majorem

Partes hic affectæ ut in eriſipilate, intumeſcunt ab humore frigido, quod calor nativus ab hoc maligno nimis debilitatur.

jorem hujus rei elucidationem diſpicere velit, partem ab Eriſipilate obſeſſam, illico etiam œdematoſam fieri; quod cum à mutuo utriuſq; humoris confluxu produci poſſe non ſit imaginabile, credendum eſt fieri debere à maligno calore bilis, nativum euſque debilitante; qui bilioſus humor ut elemento ignis comparatur, ita etiam cum ſuprà modum accenditur, partem affectam ut ipſe ignis adurit, & in ea veſicas excitat.

Eſto quod frigidæ in hoc morbo virtutes nunquam ita deſcriptæ, & ejuſdem aliæ pro magna parte facultates præſtantiſſimæ illectæ & inauditæ fuerint, eſto inquam? An ideò omnis omnino tanta quanta illa eſt, aut ſcientiarum aut curationum exhauſta eſt abyſſus? An nihil aut dici aut ſcribi licet, quod in ipſiſſima ipſa ratiône natum aut innatum, tam efficacem in humanis languoribus, & pluſquam excruciantibus articularis morbi, aliiſque doloribus, producere poſſit ef-

 fectum?

fectum? Sanè plures hanc aquę frigidæ præstantiam, gratâ animi recordatione publicè extollere gestient, qui expungentes illos cruciatus (alteram velut gehennam) persenserunt, eosdémque feliciter hâc frigidâ compescuerunt. Et qui venæ sectionem super parte affecta aut juxta eandem admiserunt, non minori encomio eam deprecabunt, & quo, de utilitate publicâ, bono publico magis constet (candidè dicam, cum candidis ago) multos seriò mihi testificatos fuisse, se post tam multa & tam varia quæ in hoc morbo in usu sunt remedia, nihil aut scivisse aut adhibuisse, quod æque intolerabilibus hujusce doloris excessibus medeatur, aut eosdem demulcere, sistere, & aliquando etiam æternum exterminare possit, quàm frigida, cum venæ sectione conjuncta.

Venæ sectio super parte affecta aut juxta eam maximè proficua est.

Satis enim certum est, ut in alio Idiomate demonstratum fuit, dolores articulares non à defluxione capitis frigidâ, sed ab humore calido eoque acri aut salso ab hepate ge-

nerari

nerari, & in vicinia cumulari, donec natura illum propellat per venas majores in capillares, tanquam in canaliculos fluxui humorum procreatos; unde cum alimento nutritioni destinato ad articulos transfertur, & primo communiter insultu, pedis infestat pollicem, deinde auctâ causâ morbificá, alias etiam invadit juncturas.

Hinc ex eodem pollice,& ex aliis partibus loco affecto maximè vicinis, educi sanguinem jubeo; ut causa antecedens proxima, quæ in venis illis est, & causam conjunctam ipsi adjacentem fovet, auferatur; quâ ablatâ, demulcetur,aut omninò cessat dolor; non enim existimem conjunctam esse in ipso articulo, ubi ossa periostio sensu pollente (ne motus dolorem excitaret) non involvuntur; sed eo carente cartilagine obducuntur, & ligamentis insensibilibus connectuntur; ita ut vicinis partibus maximè sensibilibus attribui debeat dolor, in cujus generatione

Quare rarissimè in venæ sectione revulsio, aut derivatio locũ habeat.

cum causa hæc antecedens etiam censenda sit cooperari; meritò absque præmissâ revulsiva, aut derivativâ venæ sectione sanguinem inde educendum putem; nisi ingens plethora, invenilis ætas, aut pars ad revulsionem apta, quę antea eodem dolore infestata fuisset, eam postularent; aliàs enim sanguis œconomisandus est; tum quia quotannis semel atque iterum eum educendum ad pręcautionem suadeo, & potissimum in dicto pollice, aut illa parte, quæ maximè hoc dolore afflicta fuit; tùm quia, quando ille plures occupat articulos, ejus excessus venæ sectionem in iis (non recusante ætate, aut alio impedimento) postulat.

Et si omnibus Medicis in confesso & professo est, contraria contrariis curari, quidni in frigidæ nostræ præconium vocem & calamum extollam? Et vel maximè cùm experientiam, scientiarum omnium magistram, sua semper optima suffultam ratione, in medium producere non dubitem; juvene relin-

relinquo, viros prætereo, in ſenes (qui ob ſalſuginem quâ communiter abundant, huic truculentæ paſſioni etiam ſunt obnoxii) iam calamum ſtringo; quorum multi dum carnificinam hanc præſentirent aut pertimeſcerent, ad aquæ frigidæ hauſtũ meo inſtinctu protinùs convolarũnt, eámq; per multos dies, hebdomadas & menſes tã felici omine continuarunt; ut etiã ex illis plures, annis obſiti, magno cum levamine, & ſine ullo ſtomachi, aut concoctionis noxá, jam ab annis aliquot ejuſdem ſingulis diebus manè cyathũ evacuaverint, eumq; reliquo vitæ curriculo non deſerere decreverint; & qui vino aſſueverant, eo ſub paſtu etiam utebantur, ſed moderatè. Senes etiã feliciſsimè frigida utuntur.

Et licet in arthritide inveterata, aut ætate grandæva, aut ob alias cauſas manifeſtas, vel occultas, vel nullatenùs, vel parum tantummodo prodeſſe poſſe à me relatum ſit; felicem tamen ſucceſſũ in plurimis eorumdẽ ubi ejuſdẽ uſũ convenire judicavi, hic teſtatũ relinquere volui.

De aliis remediis, ſive anodinis,

ſive cauſâ morbificâ in morbo articulari diſcutientibus, ut in gallico Idiomate exiguā feci mentionē, ita & hic, ubi frigidā & venęſectionem non majorem facio commendo; quia ut dicta Anodina partem affectā relaxando, ad facilem acris humoris reditū; ita & diſcutientia plus æquo exſiccando, eam ad noſitate diſponunt.

Applicationes dolorem demulcētes.

Qui tamen dolorisexceſſū tollerare non poſſunt, aut nolunt, & frigidā abhorrent, venæq; ſectionem ſuper parte affecta non admittunt, emplaſtro de micâ panis quod in communi uſu eſt, uti, illúdq; conficere poterunt, ex micis panis albi, aut potius pulvere radic. althææ, cum lacte dulci ad ſpiſſitudinem decoctis, & oleo liliorū, aut butyro inſulſo cum tantillo croci ſubactis. Aliquibus placet linimentum ex crudis vitellis ovorum cum aqua roſacea ſuper foco confectum; ſunt qui ſe valdè fœliciter immergere pedes, vel manus aiunt, in lixivium ſaponis Hiſpanici tam calefactum ac tolerare poſſunt; eoque

oque refrigerato partem affectam educunt; alii Amurcâ vini rubri utuntur.

Linimentum etiam ex vini Hispanici,& olei olivarum partibus æqualibus ad dimidias decoctis,confectũ, & calidè applicatũ,aliquibus profuisse dicitur; Quæ vel casualiter, vel opportunè applicata, si non per se, per accidens dolorem demulcere aliquando potuerunt. Neq; verò frigida hæc,ut voluimus, assumpta,podagræ, chiragrę,humerique doloribus solum, sed etiam Ischiadico (qui omniũ intensissimus & extensissimus est) medetur; & qui ejusdem scaturigine ab ipsâ etiam acrimoniâ, vel salsugine, aut potiùs majore, prodire supposuerit, non mirabitur illum adhuc novitiũ, meo consilio per frigidæ sumptione (putealis videlicet, vel fontanæ) una atq; altera hora ante cœnã (quod ad introitũ lecti maximè soleat sævire) & alias urgente dolore, eundem hoc modo præveniendo, & manè resumendo; & quidē in gravi ætate sæpissimè qua-

Frigida & venæsectio in Ischiadico dolore etiam locum habent.

tuor aut quinq; dierũ ſpatio, ſine ullo alio remedio terminatum, imò & æternum proſcriptum fuiſſe; ſi mecũ conſiderare voluerit eum recidivæ non eſſe obnoxium, ut ſunt podagrę, & chiragrę dolores. Cur autem coxæ & humeri articuli, à cruciatus iſtius reditu exempti maneant (rariſſimè enim ab eo ſecundò corripiuntur) indaginem ejus relinquo venationi & diſputationi aliorum, ne mea ratio, dùm brevitate hic ſtudeo, plauſibilis tantùm in hâc re contradictioni obnoxia videatur. Quod ſi vena ſe ſuper, aut circa coxam offerret, ſectio ejus procul dubio eſſet proficua, verum cùm nec ibi, nec in humero ulla appareat, feliciſſimè utrobíq; applicantur cucurbitulæ cum magnis ſcarificationibus; quæ etiam (aut loco earum hirudines) ſuperponuntur iis femoris & cruris partibus, ubi maximè urget dolor. Aptè etiã educitur ſanguis ex vena taleoli externi, quæ ideò Iſchiadica vocatur; prout ex cephalicâ aut medianâ humeri affecti ſanguinis eductio

Quod humeri & coxæ articuli, vel non, vel rariſſimè recidivæ ſint obnoxii.

Quod cùm venæ ſuper coxa & humero non appareant, iis cucurbitulæ vel hirudines affigendæ ſint.

Quod vena taleoli externa ſecetur.

eductio etiam proficua fuit. Verum quia hæ venęsectiones remotiores sunt à parte affecta, illa procul dubio evacuatio, quę super ea per cucurbitulas & scarificationes fit, cum causā morbificā meliùs extrahere possit, magis prodesse meritò censenda est; ut ex meo pręscripto crudelissimus, & inveteratus humeri dolor per eas, cum sanguinis eductione ad libram unā & ampliùs illico emigravit, & novitius eadem facilè cessare solet. Addo quod medicamenta purgantia hoc toto decursu morbi, suum habeant locum, quibus pręmissis, decocta sudorifera ex china sassafras, aut guaiaco, in multis optatū, in malo non nimis recenti, neq; nimium inveterato produxerunt effectum; iterandus est autem sudor aliquot diebus manè, qui ut efficaciùs provocetur, & causa conjuncta melius educatur, applicari poterit super coxa vesica semiplena decocto calido salviæ, hyssopi, thymi, rorismarini, aut similiū herbarum. In dolore inveterato super eadem

Quod medicamēta purgantia toto morbi decursu locum habeant.

Quando decocta sudorifera exhibētur

veſicatoriū latè extenſum, ſolet eſſe efficaciſſimū remediū; quandóque ad ferrū candens confugiendū fuit.

Nec mirum videri debet, hunc affectum tam calidis quàm frigidis remediis curari; quę enim ex illis non per ſe opem ferunt refrigerando, & retundendo qualitatem humoris calidā, illū ipſum à parte affecta educendo, huic cruciatui per accidens medentur; quemadmodū empyreuma ambuſti digiti per ignem elicitur, & febris tertiana per rhabarbarū curatur. Neq; hic omiſſum velim, quod ſicuti frigida una atq; altera hora ante cœnam aſſumpta doloribus articularibus medetur; ita etiā quandóque quibuſdā ſtomachi doloribus ejuſdē frigidę cyathus immediatè poſt prandiū evacuatus, ſoleat ſubvenire; imo pomū crudū, acidum tamen, aut auſterū, cum cyatho etiam frigidæ, loco omnis cibi aut potus, tempore cœnę oblatus, Concionatoribus, aliiſq; recenti raucedine laborantibus, claram & naturalē poſtridie

Quando cyathus frigidæ in ſtomachi dolore.

ſtridie vocē ſæpiſſimè reſtituit. Suſpectum erit aliquibus, me in illis affectibus, ubi cruditas & flatulentia ſubeſſe videntur, hanc frigidę ſumptionē approbare, cùm è contrariò, *Galenus* hauſtū agoniſticū frigidę in febre ardente prę ſentiſſimum eſſe dicat remedium; ſatis tamen cùm conſtet in rebus arduis & nonnihil ſuſpectis, aſſumptionem frigidę tantùm habere locum; abſq; metu poterit hæc aliquot diebus, imo ſeptimanis aſſumi, & felix eventus expectari, in diverſis affectibus occurrentibus.

Sic qui variegato faciei rubore, naſóq; carbunculari, & apprimè puſtulato (quod plerúmq; à Bacchi, aut Cereris decocti potentioris fuliginoſis vaporibus evenire ſolet) in medium prodeunt, aut ſimili vitio cutaneo in aliis corporis partibus à ſalſo, aut acri humore emanante laborant, per ſumptionē frigidę noſtræ, aliquot diebus, aut hebdomadibus manè continuatam, (prout caſus exigit,) facili negotio nullóq; ſumptu poterunt ſibi conſulere,

sulere; & naturalem faciei & cutis calorē recuperare; nec refert, an à potu prædictorum liquorū nimis liberali, an à calidà & siccâ hepatis intemperie, rubedo illa extortum duxerit.

Usus frigidæ calculosis prodest.

Prout renum calculus ab eadem intemperie, tanquam à causa efficiente generatur; quamobrem non est dubitandū haustum frigidę aliquot diebus continuis subinde iteratum ibidem (ut observavi) prodesse. Quod satis etiam *Piso* & *Alexander* insinuare videntur, qui haustum aquæ tepidę manè continuatum calculosis ita profuisse testantur, ut in diversis post primum excretum calculum nunquam alius sese obtulerit; & æquè ibi prodesse posse existimem, si vel frigida vel tepida assumatur; non enim dubitem utrámq; convenire, imo & calidam (ut in alio retuli Idiomate) sed frigidam maximè; & quidem sine metu alicujus cruditatis, quàm prefati Authores à frigida causari existimare videntur. Sunt & ali qui susceptū à me beneficium, grat animi

animi recordatione recolentes, post singulas refectiones ejusdem frigidę haustũ assumere non verentur; idque absq; ullo cruditatis, aut concoctionis posteriorandę metu; imo si plus æquo biberint, aut comederint, proprio motu & fortè nimis temerè (non enim agendi modus ille omnibus convenit) ad frigidã convolant, ut omnem protinùs cruditatem excludant, & ipsam etiam ebrietatem supprimant. Et quantùm ad cruditatem attinet, existimo *Corn. Celsum* hoc ipsum sensisse, dùm crudũ ructantibus aquã propinandã putat. Neq; hoc absonum illi videbitur, qui per accidens illud (cùm vel nullatenùs, vel non satis à vini cibiq; & aliorũ calidorũ assumptione quę hic meritò commendantur, procuravi queat) fieri posse consideraverit, quatenùs stomachus à flatu, ab invalido calore procreato distentus, aut ab humidorum & pinguiorum usu nimis relaxatus, cruditatem generans per frigidam contrahitur, & ejusdem orificia ita constringuntur,

Quod frigida in ipsa cruditate stomachi locũ habent.

tur, ut œſophago coarctato, vaporum aſcenſus impediatur; quo facto certum eſt, calorem uniri, & conſequenter cruditat impediri, & validiorem appetitū excitari, & ob hanc cauſā exiſtimandum eſt *Hippo.* aquam voracem nominaſſe.

Neq; hęc frigida noſtra tantummodo introrſum ſumpta internis, ſed extrorſū applicata externis medetur affectibus.

Quod in frigidam immerſio, pedibus manibuſq; congelatis medeatur.

Et quidem nulli prętor rationē videri debet, ſi hic audacter aſſerā pedes ita ſęviente hyeme c ſtrictos & congelatos, ut eorum digiti ad inſtar ſtipitis rigeſcentes appareant, in frigidam aliquoties renovatam medię ad minus horę ſpatio immerſos ad priſtinum denuò ſtatum revocari; illudque fieri non ſine fundamento rationis, ex eo colligere eſt, quod ſanguis hoc frigore verſus viſcera repulſus, ibidemq; ſatis diu hęrens, unitus & coarctatus majores acquirat vires, quibus in reditu ſuo occupans pedū extremitates, frigidam illorū expugnat intemperiem, caloremq; nativum

quaſi

quasi extinctum resuscitat; eoque certiùs si sub dicta immersione vini haustus nuce moschata, aut cinamomo aromatisatus & calefactus liberaliùs assumatur; ut hoc modo sanguis cum majori vigore & efficacia ad pedes dilabatur, quorum convalescentiam, rubedine sua qua paulatim descendere videtur, denotat; prout è contrariò partes eorū, quas colore suo tingere nequit, mortificationi relinquendas esse insinuat. Quibus peractis, pedes & crura linteo detergentur, & Sapone communi feliciter inunguntur absque igne, ad quem non nisi post aliquā moram accedendū est.

Sic frigidam tetanum curare docet *Hipp. Lib.* 5. *Aph.* 24. Sic Paralyticū ejusdem frigidę, crure, brachio, humeroque resolutis, continuâ, & renovatâ applicatione, 2. aut 3. horarum spatio, integrè & eadem die, curatū fuisse à fide digno percepi; Quod tamē in Praxim (tanquam plurimis nimis suspectum) non reduxi; licet à ratione

Frigida tetanum curat.

Frigida paralyticis applicata profuisse fertur.

&

& eventus optati expectatione in aliquibus resolutionibus alienũ non videatur; Cùm constet plures Paralyticos per terrorem ex abrupto incussum convaluisse, unde censendum est, ex illa sanguinis introrsũ propulsione impetuosa, spiritus ita incaluisse & agitatos fuisse, ut spinam dorsi nervosasq; affecti lateris partes obstructas perfringere, viscidosq; iisdem humores impactos dissolvere, & disjicere, motumq; voluntariũ patienti restituere potuerint. Et hoc modo plures à Quartana liberatos fuisse nimis certò recentes, quàm ut probetur testantur Historiæ.

Prout convulsos, qui postquam aliquot annis obstante nervorum contractione, nec progredi, nec in pedes quidem se cõtinere poterant, repentinâ & vehementissimâ irâ concitos, derepente erexisse se, & hostē fugacem insecutos fuisse legimus; & hoc modo per sanguinis & spirituum cum magno impetu ad crura & poplites affectos translationem; impactũ illis humorem attenuando

&

& discutiendo, naturalem motum recuperasse, ac deinde retinuisse.

Incussus terror, Quarta nã abegit. Convulsi eodẽ modo curati fuerunt.

Sic *Cræsi* filius, ut testatur *Hesiodus*, pavore attonitus & irâ excandescens, videns in Patrem suum *Persem* quendam sibi ignotum furibundo velit impetu irruere, ut eum è medio tolleret, altâ voce exclamavit, *Ne perimas Regem Cræsum*, & ita sublato omni linguæ impedimento, locutus, reliquo vitę decursu, vocalis permansit; Unde etiam videre est, majorem debere produci effectum ex utriúsque pathematis concursu, per propulsionem sanguinis & spirituum à terrore introrsum, & eorundem impetuosa ab irâ repulsione extrorsũ, quàm si ab alterutro horũ agitatio illa tantummodo fieret.

Quomodo exhalatio coarctata rarefiat & fulmen procreet.

Longè ampliùs nos in admirationem rapit fulminis impetuositas, quod ab exhalatione spirituosa calida & sicca generatur, quæ per antiperistasim à densa & frigida nube involuta dùm coarctatur, ita rarefit, ut naturę universali famuletur;

letur; quæ tam à penetratione dimensionum (ne duo corpora simul in eodem sint loco) quàm à vacuo abhorret, & tandem incensa cum terribili sonitu & fragore perfringit nubes, & violentâ eruptione, & impetuositate motus, ea quæ duritie suâ ei resistunt, (illæsis diaphanis) planè destruit & confringit.

Itē etiam in terræ motu à calida vēti & sicca exhalatione fieri certum est.

Idem etiam in terrę motu à calida & siccâ venti eam subeunte exhalatione, & ea quę specubus ipsius inclusa est fieri existimandum est; cùm ea per terræ viscera agitatur; & tandem ita rarefit; ut tam immensam machinam (ne suprà nominata dimensionum penetratio admittatur) elevare coacta, montes quandòq; procreaverit; & è contrariò pro loci dispositione, & exhalationum violentâ eruptione, ingentia ædificia, imo & integras urbes in magna cavitate relicta sepeliverit. Non enim verò simile mihi videtur à solo venti motu locum suum naturalem quærente tam horrendum terræ motum excitari posse; nisi, ut idipsum fiat, exha-

lati-

latio ſatis rareſiat ; Et tunc maximè illum extendi, & terribilem produci certum eſt, quando ſulphureæ, aliorùmq; mineralium calidorum exhalationes alicubi incenſę cooperantur.

Ut idem fit ex pulvere tormentario, qui in cuniculis terræ concluſis minimum locum occupans, maximum dùm incenditur requirens, mœnia & maxima propugnacula elevat, & deſtruit, ut hoc modo hoſti Urbi obſeſſæ introitum paret.

Idem fit ex incenſo pulvere tormentario.

Et ſi liceat magnis componere parua, quam ineffabilis ineſt potentia ſupremis illis intelligentiis (Angelis dico,) qui etiam ſpiritus appellantur.

Quæ quidem dictę exhalationes, cùm in magno mundo tam admirabiles producunt effectus, quidni & in Microcoſmo, ubi humores elementis comparantur, & ſpiritus noſtri ad ſuſcipiendum aliquod incendii ſpecimen ſatis diſpoſiti ſunt, ut ex oculis clauſis & non nihil coarctatis, animalem ſpiritum ignem

Quod in microcoſmo agitati ſpiritus etiam admirabiles effectus producant.

nem æthereum & lucem ſtellarum
repreſentantem videre eſt) effectus
etiam admirandos produci poſſe
credendum eſt.

Relictâ autem hâc parentheſi, ut
propoſitum noſtrum de aqua frigi-
da ſanguinem & ſpiritus noſtros
agitante proſequar.

Contorſiones contuſiones & ingentes tumores frigida curantur.

Multò minùs abſonum videbi-
tur, ſi hic affirmavero quod con-
torſiones juncturarum, earumque
imo & aliarum quarumlibet cor-
poris partium contuſiones, cum
ingentibus tumoribus, ſimili in
frigidam immerſione longè ſecuri-
ùs quàm per quęvis alia remedia
abſque ſumptu, ſive moleſtia, &
temporis jacturâ citiùs, & certi
certiùs curentur; ſic manus & ma-
ximè pedes, qui dictis contorſio-
nibus & accidentibus frequentiùs
obnoxii eſſe ſolent, ad priſtinum
robur, & firmum greſſum redu
poſſunt; imo etiamſi duabus au
tribus horis poſt dictos, & alios ſi-
miles fortuitos caſus, ſedulò
aliquoties renovando frigidam i
ipſum fiat; ut hiſce oculis non ſ

m

mel vidi, repellendo ſpatio unius horæ humorem, qui ob prædictam moram plurimis nimis impactus videretur, ut repulſioni pareret; & ob contuſionem, & nimis ingentem protuberationem ſuppurandus, aut tanquam ſanguis extravaſatus tractandus eſſe exiſtimaretur; ille tamen adhuc hærens in venulis capillaribus dilatatis, & cum carne elatis hâc frigida (cum ea diſcuti nequeat)repellitur,quando non nimis serò applicatur; quanquam etiam neglecta omni omnino cura, poſtridianam hanc, & æque longam applicationem, ubi tam immanis non erat protuberatio, integrè profuiſſe mihi conſtet. Quæ infortunia cùm ſæpiſſimè accidant lignariis, ferrariis, & murariis fabris, & cujuſvis generis operariis, feliciſſimum & obvium illis hoc poterit eſſe remedium.

Præterire hic ſilentio non poſſum *Hippoc.* non in vanum nos monuiſſe largâ effuſione frigidæ podagram curari, certum enim eſt

longa

longa pedis in eam immerſione, illum detumeſcere, rubedinem & dolorem exuere; verum cùm facilè propter ſanguinis inquinati refluxum, reviviſcat quodammodo dolor, operæ pretium exiſtimavi, iterandam illam immerſionem, quinque aut ſex diebus continuis; & hoc modo interpretatus ſum doctrinam *Hippoc.* cum ſolatio patientis dolorem, & morbi decurſum ita minuendo, ut tantummodo tot dierum ſpatio, quàm aliàs tot hebdomadarum intervallo patiens ab eo infeſtatus fuerit.

Quidam etiam podagrici ut recidivæ vel non, vel parum tantummodò ſint obnoxii, eâdem immerſione ſingulis diebus, orationis *Dominicę* recitationis ſpatio utuntur; ſed quandoquidem acrimonia humoris non ſuffocetur ſemper ad votum, neque ipſe humor evacuetur; poterit illâ aſſumptione introrſum frigidæ ulteriùs ſuffocari, & ipſe humor pro re natâ vel venæ ſectione, vel dejectorio appropriato evacuari.

Nequ

Neque verò hæc in frigidam immersio pedibus, cruribus, eorumque juncturis, medelæ tantummodò esse solet, sed & capitis doloribus inveteratis & rebellibus defluxionibus auxiliatur. Certùm enim est si caput in frigidam à medio occipitis osse usque ad nasi extremitatem ejusdem spiraminibus liberis relictis, prolationis circiter Orationis Dominicæ spatio immergatur, crudelem ejusdem & inveteratum dolorem sæpissimè emigrare, & defluxionem cessare; aut si loco immersionis (quæ præcipuè in mulieribus locum habere non videtur) linteum frigida imbutum, & aliquando renovatum capiti apponatur; cùm enim aquæ humiditas non tam hic requiratur, quàm ejusdem frigoris penetratio, existimavi cum felici omine, lintei frigidi benè expressi, & quandoque renovati, alio sicco, eòque duplicato, priùs cæsarie secta, applicationem quadrantis horæ spatio sufficere.

Quod immersio capitis in frigidam, ejusdem doloribus auxilietur.

Et multùm me in hâc opinione con-

confirmavit quidam Nobilis, nati-
one Anglus *Dom. Tobias Matthæi*, vir
non minori prudentiâ conſpicuus,
quàm publicâ fide dignus: Qui
poſtquam 20. annis ab immani He-
micranii dolore infeſtatus, & diu-
tiſſimè abſq; intermiſſione à deflux-
ione pertinaci in tanta copia per
palatum & nares manante, ut inde
ſtrophyola ſua ſemper madida cir-
cumferre cogeretur, afflictus fuiſſet
tam feliciter dictâ capitis immerſi-
one anno ætatis ſuæ 60. ab utroque
ſe incommodo liberavit, ut ad 70.
uſque quem nunc ſuperavit an-
num, nihil illorum prorſus toto
illo intervallo ſenſerit, & totus
pluſquam unquam ſanus, ne in eo
relabatur, ſe ſingulis diebus etiam
ſub ipsâ brumâ, eâdem immerſion
munire pergit; idemque ſe tam ef-
ficax conſilium accepiſſe aiebat a
Illuſtriſſimo quodam Angliæ Ma
nate, qui cùm longum ſimili do-
lore excarnificatus fuiſſet, hoc
gendi modo, ſeipſum & infinit
deinde ſimiliter affectos, omniu
cum applauſu integræ ſanitati d
navit. Nequ

Neque hæc ratione carere, sua semper suffulta testatur experientia; Certum enim est capitis cutim ita obdurescere, firmari, & assuescere frigori, ut alteri vel maximo, aliisque iniuriis externis facillimè resistat, & capitis intemperiem calidam, ejùsque acres vapores mitiget, & ex stomacho venìsque & arteriis ascendentes vel temperet vel repellat, Hæc etiam stabiliri authoritate *Cornelii Celsi* patet ex c. 4. & 5. primi libri sui, ubi dicit: *Eos quibus caput infirmum est, & assiduis lippitudinibus gravedinibus distillationibus & tonsillis laborant, nihil frigida æque prodesse posse, caputq; per æstatem largo canali aliquamdiu quotidie subiiciendum & perfundendum esse.* Hinc aliquorum pueri, qui bene sani sunt, ùt tales esse perseverent, nudo capìte ab ipsis crepundiis injuriis externis exponi permittuntur, secundùm doctrinam præfati *Cornelii Celsi*, qui vult in principio primi libri sui, ut omnes qui & benè valent & suæ spontis sunt, iis assuescant, & non minùs

Hæc capitis in frigidam immersio ut ratione non caret, etiam authoritate stabilitur.

in reliquo vitæ regimine, & victus genere se aliquo modo indifferenter gerant, nunc plus nunc minus (modò excessus nō sit nimius) edendo & bibendo. Cujus opinionis quoq; fuisse videtur, & ipse *Hipp.* qui docet assueta deteriora insuetis minùs nocere. Verum hæc non temerè & sine prudentis Medici consilio facienda suadeo.

Dentium dolor frigida curatur.

Dentium etiam dolor longa super parte affectâ & altè ultrà tempora applicatione, eâdemq; renovatâ non rarò cessavit, eâdem applicatione. Ejusdemque renovatione recentem oculorū inflammationem reprimi mihi constat; prout crudeles humeri totiùsque brachii dolores ita cessasse à me relatum & probatum est.

Recens oculorū inflammatio eâdem applicatione curatur.

Humeri, dorsi, & lumborū dolores eodem modo cessant.

Eodemque modo dorsi, lumborúmque dolores sævissimos meo consilio sępissimè emigrasse, certò comperi experientiâ.

Eadem frigidæ longa regioni renum applicatio calculosis prodesse debere videtur.

Et ut renes calculosi fiunt, & esse magis ac magis perseverant si igni opponantur, aut per decubitum in lecto plumis suffulto nimis incalescan-

cant; ita etiam eorundem intemperiem calidã & ſiccam iis inde aut aliunde introductam, linteo frigidę imbuto, & ut ſuprà, diu iis appoſito & ſubinde iterato, auferre poſſe exiſtimandũ eſt.

Pueris etiam, qui præ dolore ſe in pedes continere non poterant, prædicta longa immerſio ad genua uſque, me jubente, ſępiùs profuit.

Eâdémque crurum diuturnâ & repetitá immerſione, & conſequenter ſanguinis & ſpirituũ repulſione verſus cor & hepar, colicæ flatus diſcuſſus fuit; ſed alio remedio hic uti malim.

Colicæ flatus immerſione crurium in frigidã diſcutitur

Neque dubitem quin veritati præcedentium libenter ſubſcribent, qui occaſione ferente de illâ ipſa experientiâ, experimentum facere voluerint, ſaltem quoad illa de quibus mihi conſtare ſcripſi; aliqua enim ſunt, quæ licet ex ſolidis principiis deducta, felicem quoq; polliceantur eventum, à me tamen experientia confirmata cùm non ſint (ut ad ea ipſa fideliter adſcripſi)

ſi) ulteriori aliorū diſcuſſioni reliqui.

Sanè quod primâ fronte mirum apparet, à ratione non abſonum judicabit, qui penitiùs perpendere voluerit, quod eadem frigida eidem corporis parti applicata poſſit ejuſdem morbos contrarios curare; ut fit, quando in ſupradictâ congelatione digitorum, pedum, crurúmq; torpore, per eorū in frigidā immerſionem, ſanguis & ſpiritus verſus hepar & cor pelluntur, & inde poſt longā ſatis moram viribus à conduplicato calore adauctis, in reditu expugnant frigidiſſimā pedum & crurum intemperiem; & quando aliàs (non obſtante Philoſophi Axiomate, ut videtur, contradicente, ſcilicet quod idē manens idē ſemper natum ſit efficere idem) eâdem aquà eidem parti inflammatæ, contuſæ, & enormiter protuberanti applicata curat ejuſdem intemperiem calidam.

Eadē frigida curat ejuſdem partis & calidam & frigidā intemperiem.

Quibus omnibus conſideratis non ſine dextro omine mihi perſuaſ

ſuaſi, multa recentia vulnera tam capitis quàm aliarũ partium, eodẽ modo integrè per primam intentionem curari poſſe; quatenùs illâ frigida immerſione aut applicatione longè repellitur ſanguis, & vaſa ejus conſtringuntur, & hoc modo impeditur ſanguinis aliorúmq; humorum ad partem læſá confluxus, qui ratione debilitatis, ejus ibidem admitteretur, & à calore & dolore ejuſdem eò traheretur, eámq; ad puris generationem, & aliquando ad apoſtematis & eriſipelatis excitationem (quorum omnium hic nihil omnino metuendum eſt) diſponerent; ut fit cum perioſtium tibiam involvens à vulnere & contuſione inflammatur, & ita partes vicinæ per gangrænam aliquando corrumpuntur, ut illarum vita extincta, deinde totius corporis ablata, cadaver ſepulchro frequenter tradatur, quod cùm in juventute aliquãdo, in ſenectute accidat ſæpè, hic paulò latiùs explicando, idipſum volui inculcare; quo magis magíſque evidentiſſimum hujus infortunii

Frigida curat ſecuriſſimè recentia vulnera ſine ulla prorſus ſuppuratione.

nii periculum tam facili & tam prompto remedio possit evitari.

Certùm enim est dictum immersionem, si ab ipso læsionis principio, aut aliquot post eandem horis debitè fiat, infallibilem & integrã adferre curationem. Imo jam ab annis 53. cùm primum hic curationis tibiarũ modus mihi illectus & inauditus incideret nihil unquam patientibus inde molesti, multò minus quid funesti evenisse, sed ad votũ ubiq; successisse, curiosissimè semper observavi.

Sic in Autumno 1647. à vulnere totã ferè tibiam occupante, & quidem in ætate decrepitâ, post longãi hanc in frigidam immersionẽ, meo iterum consilio factam, ne vel minimum quidem doloris aut puris generatũ fuit, obstante prædictâ illa sanguinis, aliorúmq; humorũ & spirituũ efficaci repulsione; qui quidem, ne per indiscretum fortè motum denuò revocarentur, patienti aliquantulâ quiete opus fuit: Quamobrem ut debitè & securè in his & similibus accidentibus proce-

datur

datur, applicanda & renovanda eſt frigida, ad minimũ horæ dimidiæ aut potiùs integrę ſpatio, donec pars affecta ad priſtinã temperiem redacta, imo magis refrigerata ſit; ut præcedentia cum majori ſecuritate periculoſa impediantur ſymptomata; quo facto nihil aliud vulneri ſuperponendum eſt, quàm illud quod veluti membranula teſtis ovorũ inhæreſcit; & quæ ut eidem maneat affixa, invigilandum erit, ne per improviſam avulſionem dimoveatur, antequam aliquot dierũ aut hebdomadarũ ſpatio pro partis affectæ & patientis conſtitutione cicatrice obduratâ, ſponte dilabatur; quanquã ſæpe obſervaverim, naturã in modeſta hujus membranulæ avulſione, nudam partem muniviſſe, ſicca & dura cruſta, quæ & eam perfectâ cicatriſatione deſerebat; ante enim verendum eſſet ne per violentam aliquo modo avulſionem ulcus recrudeſceret, ſi licet hic uti nomine ulceris, quod cùm ſaniem aut pus præſupponat, ne vel tenuiſſimus tamen aliquis li-
 quor,

quor, toto illo tempore ad cicatriſationem uſq; emanaſſe viſus fuit; prout etiam nihil planè emanavit, ex aliis tam capitis quàm aliarũ partium vulneribus, hunc meũ agendi modum admittentibus, ubi mihi cum chirurgis aut ſine illis contigit adeſſe læſis; unico excepto vulnere in tibia viri primarii, agentis annum 84. & inde licet citó & diu ſanguis per frigidam repulſus fuiſſet, pauxillum puris ſexto à læſione die, abſq; ullo tamen prȩvio dolore aut calore repertum fuit; ideóq; Chirurgi illico advocati curam ſuppurantibus aggrediendam exiſtimabant; quæ me inſcio applicata cùm eſſent, dolorémque cum generatione copioſi puris producerent, advocatus iterũ fui, eáq; mox auferri, ſero lactis ulcus emundari, & emplaſtrum diapompholigos ſuperponi juſſi, quo linteis ſiccis benè cooperto aliis tamen circumcirca frigida imbutis, & aliquando renovatis & fortiter expreſſis, horæ quadrantis ad minimum ſpatio admoveri volui, ut

pars

affecta à calore & dolore immunis redderetur; eodémq; modo eandem apponi quatuor aut quinq; diebus & renovari ad cicatrisationem usque (vix puris guttula se intercà proferente) curavi; ut alias in aliis adhuc adhærente dicta membranula in minima, imo aliquando in nulla perceptione caloris aut doloris, parti affectæ ut suprà-tectæ linteum frigida imbutum & sufficienter expressum applicari jussi; ut ei penetratione frigoris opitularetur, & madefaciendo dictam membranulam non avelleret; si tamen ut suprà aliquid subesse videretur, auferri deberet membranula, & factâ emundatione, idem emplastrum diapompholigos superponi, & eodem modo frigida expressa pars affecta muniri.

Nec me à prædicto officio revocavit Aphoris. *Hippoc. lib.* 5. *cap.* 23. ubi dicit *Frigidum non esse admovendum ad ipsa unde fluit sanguis aut fluxurus est*; Loquitur enim ibi de vulneribus quæ suppu-

ratione curantur ; nec fuit unquã in uſu frigida aqua (de qua ibi agit) ut per primam intentionem & applicationem ad cicatriſationem uſq; perſanare vulnera ; & licet ea ulceribus mordax & dolorifica ſit, longe tamen major, ut alibi monet *Hippoc.* ratio habenda eſt maximi emolumenti quam minimæ noxæ, ut certe exigua eſt quæ à frigoris mordacitate percipitur.

Imò poteſt hic moveri queſtio, an in nervorum læſione ſive cæſim ſive punctim, per incautam venæ ſectionem, aut acu, aliove inſtrumento inflicta, quæ frequenter varia Apoſtemata, gangrænam & mortem ipſam (licet tantummodo exigua ſit punctiuncula) profert, hæc frigidæ longa, ut ſupra, applicatio locum non habeat ; ubi Authores primum apparatum refrigerantem vulnuſque aſtringentia, quæ aliis ſolent applicari prohibent ; ut inter eos *Paræus* ea non admiſit, in nervo Regis Francorum à phlebotomo Chirurgi puncto ; ſed Regem

gem curavit immittendo in vulnusculum oleum terebinthinæ calidum mistum cum pauxillo aquæ vitæ, quo exsiccabatur nervus & absumebatur humor acris, qui ex eo emanabat, eumque magno dolore afficiebat, qui illico hoc modo, & cum eo omnis metus supradictorum accidentium cessavit. Quæ applicatio si non successisset ad votum, aliquot guttis olei ferventis nervum cauterisasset, aut potius nervum ipsum dissecasset, quam Regis vitæ filum à Parca Atropo abscindi permisisset.

Non obstante tamen usu horum calidorum, *Paræus* advertens humorum versus partem affectam confluxum impediendum esse, ne predicta procrearentur accidentia, ab ipso læsionis principio, applicatione refrigerante & repellente super toto brachio usus fuit, illudque fascia expulsiva & musculos comprimente à carpo ad humerum usque munivit.

Verum cùm accidentalis tantummodo sit illa vulneris percalida,

lida, ut prefati digiti ambusti curatio. Quidni recta via procedendo, ut fit, contraria contrariis curando tentari posset, per sanguinis spirituumque à frigida repulsionem, & acris humoris dolorifici eos attrahentis suffocationem; Quod ipsum satis comprobare videntur, diversa manus & digitorum (in quibus abundant nervi) vulnera, tam à morsu canis, quam ab aliis instrumentis acutis illata, quæ meo hoc consilio, sola (iterum dico) & longa in frigidam immersione, ejusdemque renovatione, sine ulla penitus suppuratione 3. aut 4. dierum spatio perfecte curata fuerunt; ac nominatim latum & profundum vulnus per Asciam inflictum, quo pars metacarpi & digitus index ad ossa usque dissecta erant; Quod fieri non potuisse sine nervi læsione, imò integri verosimiliter abscissione (ideoque cum minori periculo quam si tantum punctus, aut ex eo quod digitus cicatrisatus & plane curatus cum esset, elevari nullo modo

potu-

potuerit, nec poterit ; & licet in his & similibus vulneribus postridie læsionis aliquando recrudescere soleat dolor, & manus intumescere, eâdem tamen immersione, & dolor & tumor emigrant ; & succedente quietà brachii in balteo ex collo suspensione, redire nesciunt. Nihilominùs tamen in re tam periculosâ, ut est nervi punctim læsio, quæ tot hominum millia per longos & expungentes dolores & supra nominata accidentia ad fata deduxit, hanc frigidæ admissionè (licet felicem plusquam satis promittat eventum) peritiorum in professione nostra examini & approbationi libens submitto.

Pro certissimo tamen & longa iam nimis experientia probato assero, frigidam nostram non tantummodo posse sed & omni modo debere, præfatis & præcipuè faciei vulneribus adhiberi, ut relata incommoda & indecora cicatrix evitentur ; de quorum felicissimo successu, cum mihi per frequentem & curiosam animadversionem liquido

quido conſtaret, pluribus Chirurgis & quidem ex famoſiſſimis inculcavi, ut in curandis vulneribus (ubi magnitudo & profunditas eorum, illiſque inhereſcens ſanguis, vel nimis impetuoſa ejus ex magno vaſe eruptio, fractura cranii, penetratio pectoris, vel abdominis aut aliud non obſtaret impedimentum) hoc ubiq; apparatu in promptu, relicto primo ſolito, avide patientis expectationi ſatisfacere vellent, & decori artis, honorique proprio, tuta conſcientia (quæ in curæ extenſione non neceſſaria læditur) potiùs quam propriis commodis ſtuderent; qui mihi exinde adhibitâ fide, & experientiâ iam edocti, eum aliis omnibus præferendum eſſe retulerunt; non obſtante eo, quod ſatis animadverterent, per hujus frigidæ uſum multum rebus eorum deceſſurum.

Hic ſubjungere volui, aliquos exiſtimare, à cane rabido demorſos aquæ frigidę applicatione ad partem affectam, aut ejuſdem potiùs

in

in eam immerſione, ab Hydrophobia præſervari, & hoc modò venenum illud extingui & ſuffocari poſſe ſibi perſuadent; idque non abſonum videri debere aiunt, ſi *Cornelio Celſo* credendum ſit, qui unicum in hoc morbo remedium eſſe ſcripſit Hydrophobum in piſcinam non ante ei proviſam aut flumen conjicere, eumque in eo immerſum, tamdiu antequam extrahatur detinere, ut invitus aqua ſatietur; ſic enim ait & ſitim & aquæ metum tolli; Tanto enim ejus perculſus metu eſt (licet tam ingenti prematur ſiti) ut miſer ille, velut alter *Tantalus*, tam mirabiliter affligatur, ut nec prece, nec pretio, nec vi vel maxima, qualiſcumque liquoris guttulam (ut vidi & ſæpius tentare curavi) admittat. Quæ immerſio (aiunt) ſi locum habeat in ipſa Hydrophobia, quare non multò majorem in præſervatione ab eadem haberet; modo cita & iterata fiat injectio; & cùm multò facilius ſit præſervare quàm curare, ideoque adhuc in uſu ſit, homines

à rabi-

à rabido cane demorſos in mare, & animalia bruta, ſi non illud, in flumen coniicere, idque ſæpiùs repetere; quâ iteratione venenum meliùs ſuffocari putant, & demorſum ita aquæ aſſueſcere, ut eam tandem expaveſcere nequeat; cujus uſus ab omni ævo (ut inſuper addunt) continuatus, non perduraret, niſi opportuna & ſæpiùs iterata talis injectio aliquibus profuiſſet. Quæ rationes cum ſolido non innitantur fundamento, facilè everti poſſunt. Certum enim eſt ab aqua venenum hoc non extingui, imò nec longa quidem decoctione annihilari, ut aliquorum miſerrima mors ſępius declaravit, qui diverſorum animalium à rabido cane vulneratorum elixas carnes comederant; prout nec alia venena (ut illud quod peſtis eſt) ab eâdem ſuperari poſſe; ſed illam ipſam ab eodem infici, ſatis quam ut probetur liquet: Et piſcatorem à torpedinis veneno ſub aqua diffuſo inquinari, Proverbium, (piſcator ictus ſapit) ſatis probat.

Neque

Neque de eventu unici hujus remedii, à *Celsò* qui Romanus erat, descripti satis patet, ut ei fides adibeatur; nec ille de mari multum diverso à piscina loquitur; dubitandum enim non est si vel ab eo, vel ab aliis feliciter tentatum fuisset, quin ad aures *Ovidii* pervenisset, qui sui sæculi homines non ignorasse, Hydrophobiam & nodosam Podagram inexgugnabiles fuisse, his testatur versiculis

Tollere nodosam nescit medicina
Podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Hæc & similia à frigidæ virium Categoria excludere, imò nec dubia ad eum reducere volui; ne per ea incredebilium aquę frigidæ qualitatum fidei detrahatur. Sed Acetum in Hydrophobia, de qua hic est questio, locum habere debere, mihi omnino persuadeo.

QUARTUS

QUARTUS DISCURSUS.

In quo de inenarrabili Aceti-Vini *efficacia, in morbis venenatis, & precipuè in præſervatione & curatione Peſtis cum aliis ad ea requiſitis tractatur.*

AB Aqua ad Acetum tranſeo, & ſicut in Fluxu torminali Serum-lactis, in articulari morbo aquam frigidam, ſic in peſte & ejus metu acetum-vini porrigendum curavi.

Neque mirabitur lector, me in ejus præſervatione & curatione tantum aceto-vini detuliſſe, ſi in memoriam revocare velit, illud ipſum jam olim ob omni ævo, ab omni hominum genere, omnium votis, ad dictos effectus ſemper fuiſſe commendatum. Hanc e laudem tribuit *Galenus* noſter, a liiq; *Priſci* & *Neoterici* Authore

qu

qui illud non contra peſtem ſolùm, ſed & contra plura alia venena preſtantiſſima ſua antidotali facultate imprimis pollere aſſueverant; quam adeò extollit *Dioſcorides*, ut per eam non tantummodo dicat exſuperari venena qualitatis calidæ, ſed & frigidę.

Cornelius Celſus nullum Aceto eſſe præſtantius remedium, & ratione à priori, & experientia ipſa contendit, adjunctâ adoleſcentis hiſtoriâ, qui ictus ab aſpide cum eſſet, & ſe in locum contuliſſet aquâ & omni liquore deſtitutum, & caſualiter aceti lagenam reperiens, eam evacuando, ſimul & ſemel & ſitim intolerabilem, & præſentiſſimum venenum extinxit. Ejuſdem opinionis fuiſſe *Plinium* vel ex eo liquet, quod arguat Medicos excellentiſſimam aceti facultatem contra venenum morſus aſpidis ignorare.

Facultas aceti contra ictum aſpidis.

Quod ipſum venenum aſpidum cùm tam diſſimile non videatur, ab eo quod eſt canis rabidi, mihi perſuaſi, aceti vidi uſum locum maximè habere debere, in præſervatione

one ab Hydrophobia, eoque magis, si decoquatur cum herbis quas specificâ suâ qualitate dicto veneno adversari, in probatissimis Authoribus invenimus; imo idipsum plurali experientiâ confirmatum esse à fide dignissimis accepi, ac nominatim à quodam Magnate integritate ac fide conspicuo, qui ab Illustrissima harum provinciarum familia acceptum, in boni publici favorem mihi communicavit remedium, quod ex pimpinellæ, rutæ, cardui benedicti, cerefolii, betonicę, manipulis quantitati aceti vini proportionatis conficitur; existimem tamen pimpinellę & rutæ longè amplius quam aliarum herbarum huic confectioni injiciendum, idque ob insignem & specificam earum qualitatem; ut de pimpinella Palmarius in tractatu suo de morsu canis rabidi ait, asserendo fide digna relatione sibi relatum fuisse, Venatorem *Henrici* 2. Francorum Regis, se, postquam canes Regios ab aliis rabidis demorsos præservasset, etiam plures ho-mini

Aceti efficacia in præservatione ab Hydrophobia.

mines ab iisdem vulneratos ab hydrophobia vindicasse, herbâ hâc illis exhibitâ, aut solâ, aut alimento immixta ; & Venatorem dictum in limine fati jacentem, sollicite hoc *Fernelio*, qui eum visitabat, cõmunicatum voluisse ; ut in methodi suæ medendi, *lib.* 4. *capit.* 5.

Pimpinellam specificâ illâ qualitate valere declarat : & hujus herbę admirandam illam qualitatem innotuisse diversis nostrarum partium incolis, eamque pro certo refugio in demorsis à cane rabido animalibus brutis haberi, ídq; sępius expertum fuisse, mihi constat. Ruta autem quanta vi in peste alíisque morbis venenatis polleat, nimis quam ut probetur clarum est ; illud autem maxime obstupendas ejus vires denotat, (si *Levino Lemnio* credendum sit) quod mustela rutæ premunita demorsu, Basiliscum, venenum omnium maximum, conficiat.

Pimpinellæ facultas in præservatione ab hydrophobia.

Modus autem, quem dicta famĩlia in præcautione mali tam horrendi usurpat, est hic. Ab ipso principio

cipio parti affectæ affigitur magna cucurbitula cum profundis ſcarificationibus, ut etiam quantum poterit ſanguinis extrahatur: ac deinde panis ſiligineus toſtus oleo olivarum imbutus calide ſuperponitur, & paulo poſt amovetur, quod ipſum 2. & 3. fit, quo plenis viribus iteratus, hic panis calor (ut putem) alio ablato venenum meliùs eliciat & imbibat; & hoc modo vulnus albeſcere ait. Quo facto ſingulis diebus exhibetur demorſo vitrum ſatis capax præcedentis decocti, 6. aut 7. (ut exiſtimem) unciarum, iterandum novem diebus continuis, ſed ſingulis matutinis pauxillum quantitatis minuendo, & vulnus eodem decocto (non dubitem quin calido) curioſè abluendo, illúdque bacillo quercino affricando, ut apertum detineatur, & conſequenter cicatriſatio impediatur; & præfato tempore nihil aliud fieri debere, quàm ut demorſus abſtineat à fabis, piſis, & carne porcina, & hoc modo ei ſatisfactum exiſtimat; Ego verò velim, ut in prin-

principio præter cucurbitulam & scarificationes apponerentur fortiora attrahentia, secundùm opinionem Authorum, & inter illa gallinæ podex sale affricatus, & cauterium applicaretur, illudque etiam scarificetur, ut si quid adhuc veneni subsit per attrahentium continuationem, eliciendi illi pateat exitus, quemadmodum fusiùs in alio Idiomate cum aliis remediis deduxi. Hic addere volui, me nescire, cur non ab ipso principio, cùm cucurbitula applicatur, etiam acetum non exhibeatur; Et si profundum vulnus est, cucurbitula non iteretur. Cùm autem tantummodo de viribus hujus remedii, ejùsque felici eventu, ex relatu licet planè fidendo, sed non experientiâ mihi ipsi edocto constet; examini aliorum relinquo, illùdque suadere, nisi defectu ceremoniarum solitarum adhuc non ausim. In scorbuto etiam acetum vini summopere commendatur, & maximè si cum herbæ siliginis succo misceatur, cum quo longè majoris efficaciæ fertur, quam mistum

Aceti vires in scorbuto.

cum

cum ſucco aut decocto cochleariæ, becabungæ, ſimiliumve quæ in quotidiano ſunt uſu; idque tam in ſola ſe offerente gingivarum corruptione & fœtore, quam in ipſo morbo cum omnibus ſignis ſuis eſſentialibus (quorum unum ſemper putredo hæc eſt inſeparabile) locum habere.

Aſſumuntur autem manè aceti vini & ſucci herbæ ſiliginis ana unc. plus minus 2. aut 3. aliquot diebus fortè 10. aut 20. continuis, pro morbi exigentiâ; cum frequentiſſima & longa ejuſdem miſtionis in ore detenſione, gingivarum collutione & modeſtâ deterſione.

Quæ omnia dictorum & Authorum placita cùm penitiùs expendiſſem & cum aceti vini qualitate tam ſpecificâ, quam manifeſtâ contuliſſem, ita conceptam à me opinionem de ejus in peſte efficacia confirmarunt, ut illud quibuſcumque tandem antidotis, tam præſervantibus quâm alexiteriis curantibus

Acetum Antidotis tam præſervantibus quam alexiteriis curantibus immiſcetur.

bu-

bus, immiſcendum duxerim; ut vel impediat vel corrigat putredinem aut malignitatem humorum, aut illos ipſos ſudorificâ ſuâ qualitate cum Alex. per corporis poros eliminet, prout illa in Gallico Idiomate relata ſunt.

Quid autem Peſtis ſit, & quę ejuſdem cauſę, ut ejus natura occulta,& earum qualitates reconditę ſunt, ita diverſimodè ab Authoribus deſcribuntur; qui in eo tamen conveniunt, quod Peſtis ſit morbus extremè peracutus, à venenata aura originem ducens, quę Antipathia inimiciſſima primo ſpiritus ſanguinem, & ipſum maximè cor infeſtans, corporis functiones lędit, & pernicie contagioque ita quandoque excedit, ut non ſolum civitates, ſed integra Regna depopuletur.

Cauſam ejus eſſe venenatam auram, ex hac definitione liquido conſtat; quam à Deo ſępè immiſſam fuiſſe ad expianda Generis Humani peccata, Sacrę teſtantur Hiſtorię; prout varii Authores,

Gentiles etiam, illam ab omni ęvo, ab iratis diis provenire descripserunt; idemque adhuc à Deo Christiani, ut Pagani ab Idolis suis fieri credunt; & hinc eam à nostratibus **De Gave Godts** scilicet donum Dei (piè illud interpretando) vocari.

Eandem etiam generari, prætterquam à Numinis flagello, ex maligna terræ exhalatione aut stagnantis aquæ, Cloacarum & Cadaverum inhumatorum vaporibus inquinatis, à variis scribitur Authoribus.

Alii ex syderum malignæ conjunctionis, aut oppositionis influentiis, eam produci volunt; quorum opinioni cum multis aliis adstipulari nequeo. Certum enim est Deum Opt. Maxi. nihil ut pernicie sua Genus humanum lædat, sed ad aliquem ejusdem usum, omnia ipsaque etiam venena creasse, ut ex eo quod viperarum est, in pręservatione & curatione hujus morbi patet, ubi venenum veneni alexiterium esse patet.

De signis & notis ejus hic corollarium dabo, ac in primis quidem omnibus inculcatū velim, nullo modo consultū esse, pestifera alicubi locorū grassante contagione, expectare donec principalia ejus signa, utpote bubones, carbones, aut exanthemata in corpore appareant; neque necessarium etiam esse, ut pleraque quæ concurrunt, sint univoca, & vel maximè, cùm quis inhabitat ædes, in quibus labe infecti jacent, aut objerunt; At sufficere debebit, si rigore aliquo, si febre, gravi capitis lumborumve dolore, at anxietate cordis, aut alio malo hic suspecto quispiam corripiatur; imò etiamsi nulla febris, nulla linguæ nigredo, nullus capitis dolor notabilis, vertigo, delirium conjungantur, quæ in hujus morbi principio de essentia non sunt; mullatenùs differendum est alexipharmacum sudoriferum, sed quamprimùm exhibendum, etiam in ipsius morbi apparentię tantùm principio, ne seriùs cum radices egerit offeratur, aut etiam offerri non possit.

Nullatenùs consultum est differre *Alexipharmacum* donec principalia pestis signa appareant.

Quomodo præservātur qui adesse pesti feris coguntur.

Ut autem in prædictis ædibus habitantes, & illi præcipuè, qui infectis nocte dieque inservire aut adesse coguntur, à labe tam contagiosa præserventur, non mediocri studio & sollicitudine intendendum est; ne ab hoste tam insidioso prævie non benè muniti circumveniantur & inficiantur.

Quomodo ori prospicitur.

Ac Ori inprimis per masticationem radicum angelicæ, zedoariæ, nucis moscatæ, gariophyllorum, corticum citri, aut similium opportunè prospiciendum erit.

Quomodo naribus prospicitur.

Et naribus non minori curâ incumbendum erit, olfaciendo acetum (potissimum quod contrapestilentiale sit) iisque & extrinsecus & intrinsecus, non rarò tantillum theriacæ vel conserv nostræ diascordii, aut eorum de fectu ruta affricetur; ne per eorum spiramina aeris continuò attrahendi maligna qualitas, sine correctione (non absque evidenti periculo) ad cor deferatur. Et præservanti hæc longè iis preferenda existimem, quæ moschum, ambram, & similia redolent, & nares grato su

odor

odore recreare magis quàm muni-
re videntur.

Ad cujus aeris correctionem, aut potiùs ſuffocationem, fumum tabaci ore attracti multum præſtare poſſe nemo dubitaverit, & vel maximè ſi tabaco ad hoc præparando addatur aliquid ſeminis rutę, nucis moſcatæ, aut radicum angelicę, & aliquamdiu in ore fumus detineatur, antequam inde per nares emittatur, quo majus ſui relinquat veſtigium, & ejus maior pars in pulmones & cordis penetralia diffundatur, ut ſi quid auræ venenatæ ibidem fuerit, idipſum diſſipare aut ſuffocare poſſit. Quare ſibi optimè conſulent illi, qui cum peſtiferos aut volunt, aut coguntur accidere, ſi & ante acceſſum, & illico poſt diſceſſum, prædictum ore tabaci fumum aſſumant, & aliquamdiu retineant; credibile enim eſt aliquod hujus labis initium, hoc modo poſſe diſcuti, aut ſuffocari; quod tamen ſi ſubeſſe exiſtimaretur, potiùs ad Alexipharmacum ſudoriferum confugi-

Quod fumus tabaci multũ præſervet.

endum esset, quod qualitate suâ specificâ expugnare pestiferam possit, ut est in ovo Philosophorum, theriaca, aliisque confectionibus è vipera, & ad ictum scorpionis ejusdem oleum, & pulvis ipse, ut aliqui volunt.

Quomodo stomacho prospicitur.

Neque verò ori, aut naribus solum, sed & Stomacho prospicere necessarium duco, iis qui auræ tam venenatæ insueti sunt, & eam effugere non possunt; quod in primis apprimè fiet, assumendo confectiones; pulveres & liquores cardiacos & antidotales, ut ille ex iis roboretur; eorumque facultate inde translata non minùs per venas, quàm inspiratione per arterias, totum corpus muniatur; & etiam vaporibus ex stomacho per œsophagum ascendentibus, aura quæ rapitur in asperam arteriam corrigatur, ut *si non prosint singula, multa juvent*: unde velim, manè ante omnia sumatur cochlear ad minùs aceti nostri contrapestilentialis, aut ejus defectu aceti vini cochlearia duo, in quo ad majorem securitatem

ritatem macerata fuerint folia rutę; & duabus horis post, sumatur pro jentaculo butyracium vel aliud quid, & superbibatur haustus ceruisiæ fortioris, aut vini; & si in iis etiam aliquid rutæ aut absynthii maceratum fuerit, tantò erunt efficaciora. Duabus circiter horis ante prandium, sumatur dragma semis ad minimùm conservæ nostræ præservarivæ, eademqve quantitas tribus horis post prandium resumatur, & tantillum ejusdem ante quietem, quando, ut alias etiam aliquid radicum angelicæ, zedoarię, aut gariophyllorum in ore detinebitur; ut ab expergefactis masticetur; quibus etiam aceto os colluendum erit, ut casu quo aliquid aeris inquinati in cubiculo delitescat, aut eo transferatur, illud nō admittatur incorrectū. Etenim ut urbes obsessæ, aut ab inimicis vix remotæ, vallis, mœnibus, & sollicitè excubantibus præsidiariis communiendæ sunt; sic auræ huic exitiali, sine intermissione noctes & dies vapore antidota-

ii resistendum est, nihilque illius intromittendum, quod telis suis venenatis spoliatum non sit; quamobrem etiam sæpè pauxillum conservæ nostræ præservativæ (cujus hic sequitur descriptio) in ore detineatur & deglutiatur, præter illud quod statutis temporibus sumendum est.

Conserva Præservativa.

REc. *diascordii Fracastorii unc.* 1 *ß. Theriacæ veteris* ℥ij *ß. Confectionis de hyachint.* ℥1. *Pulverum nùcis moscatæ, Seminis rutæ, Radic. Angelicæ, Zedoariæ, Ænulæ-campanæ ana* ℥1. *ß. permisce cum aceti vini unc.* 1. *Olei sulphuris guttis* 15. *& Syrupi de succo citri q. s. ad consistentiam opiatæ.*

Pauperes, & Rustici, quibus hęc conserva non est in promptu, aut nimis cara, uti poterunt ęnula campana, quæ iisdem sicca magis proficua erit, quàm divitibus condita, pollet enim maximâ facultate antidotali; acetum vini cum rutâ

rutâ facilè præparare poterunt.

Et hæc quidem ab omnibus in aere tam venenato & contagioſo degentibus exactè obſervari ſemper volui; Quod ſi tam præciſè omnia inſecuti non fuerint, ut ſatis veroſimile videtur, fœliciſſimus tamen tam multorũ præſervatorum in Idiomate Gallico, & hic relatorũ exitus, hæc pro majori parte obſervata fuiſſe & profuiſſe comprobavit; cùm enim illi neque huic auræ exitiali aſſueti eſſent, nec unquam peſtiferis adſtitiſſent, multò minùs peſte laboraſſent, dictis tamen antidotis prǽmuniti noctes & dies ſine intermiſſione peſtiferis abſque diſcrimine audacter inſervierunt, à labe tam contagioſa prorſus incorrepti; prout etiam amici eorum plurimi, qui iiſdem frequentiſſimè adfuerunt, & cohabitarunt, incolumes evaſerunt; quæ omnia licet in abſentia (adeſſe, quia recuſare ſoleo, rariſſimè mihi contigit) à me deſcripta & directa fuerint, ex curioſa ſatis inquiſitione, & multorum præſervatorum, aliorum-

 que,

que, omnes omnino circumſtantias ſpecificatim recitantes, ſatis ſupérq; mihi conſtant, ut iis fides adhiberi meritò poſſit.

Quod ipſum, Regulares Abbatiarum Gandavenſium teſtari poſſunt; cùm enim in eam quæ Divi Petri eſt, contagio irruiſſet, & quidem ſecundò, famuli Noſocomii ejuſdē Abbatiæ, huic contagio omnino inſueti, ſolis hiſce cōmuniti preſervativis (non tamen me ſuadente) auſi fuerunt infectis continuum exhibere miniſterium (è quibus) D. Crombruggen, qui ibidem Prior erat, aliùſque poſt exceptam ejus confeſſionem, à labe fallaci, ipſis necdum notâ correpti fuerunt, eademq; Alexiteriis non oppugnata, occubuerunt anno 1634. quos tertius ſubſecutus eſt anno 1636. iidemq; famuli poſt eorum deceſſum, omnem ſupellectilem & cubicula omnimodè expurgarunt; abſque eo, quod illorum ullus, aut alius huc uſque, vel minimam noxam in eodē Cœnobio conceperit.

Et in Abbatia Baudeloenſi, circa eadem

eadem tempora, etiam longo intervallo discreta, duobus peste correptis, quorum unus postridie invasionis obiit, alter cùm sex diebus ab eâ infestatus fuisset, phreneticus spiritum Deo reddidit; Confratres qui nec unquam eâ labe correpti fuerant, aut infectis adstiterant, hisce præservantibus æque ac charitatis officio confici, libenter iisdem inservire voluerunt, & illud absq; ullo sanitatis inc-modo, aut dicta labis propagatione præstiterũt.

In Abbatia quoque Trunchiniensi D. Antonius Kerckovius, ejusdem Monasterii Religiosus, fortis complexionis vir, in ætatis suæ flore anno 1634. maximâ cordis anxietate, vomitu, febre, capitisque dolore correptus, tertia morbi die sub axilla sinistra duritiem sentiens, & tres carbunculos super regione cordis emersos conspiciens, contagii Chirurgum illicò adesse jussit, qui omnibus penitiùs perspectis vix illum crastinum habiturum judicabat. Interim patiens à me in absentia saltem, remedium sibi præscribi,

ſcribi efflagitabat ; At cum illum pro depoſito haberem, prognoſticis potius quàm alexiteriis ſeriùs exhibendis agendum duxi ; præſcripſi tamen Alexipharmacum ſudoriferum duplicata doſi, ex quo cùm tam abundanter ſudaſſet, ut non tantùm ſtragula totúſque lectus ſudore perfuſa eſſent, ſed & per illa & lecticam ipſam, tantùm ejuſdem, quantùm ingens urna caperet per modum fonticuli effluxiſſet, atque adeò capitis dolor, febris, & conſequenter prædicta durities & carbunculi paulatim emigraſſent, & paucis poſt diebus, integræ ſanitati reſtitutus cum eſſet ; dicti loci Prior cum alio Confratre ſuo Poret, ob ſubitaneam hanc convaleſcentiam nullam contagionem ſubfuiſſe exiſtimantes, illum inviſere præſumunt. Quod cùm relatum mihi foret, illico illis de alexiteriis proſpexi, non dubitans quin à lue tam contagioſa corriperentur, prout Prior ab eadem poſtridie cum tanta cordis anguſtia, capitis dolore, vertigine, & febre infeſtatus fuit, ut

ſe

ſe in pedes continere non poſſet; Quid ergò? Nempe ut præmonueram ſub ipſo inſultu ſuum arripit ſudoriferum, & cum 4. horis ante ſplendidum focum abundanter ſudaſſet, ſe recreatum & planè liberatum ſentiens, firmo greſſu ad cubiculum ſuum ſe contulit, ac deinde aliquot horis poſt ſentiens contagionis reliquias prædicta rurſus excitare ſymptomata, iterum confugit ad luculentum focum, & ea, aſſumpto Alexipharmaco ſudorifero penitùs exterminavit. Alter autem ejus Confrater Poret, neglectis ſuis præſervativis, nullóque in peſtis inſultu aſſumpto alexipharmaco; bubone in inguine correptus fuit, adhibitis tamen pro re nata remediis abſq; ulla prorſus hujus labis huc uſque propagatione curatus, proſperâ adhuc fruitur valetudine. Supradicto præſervationis modo in plurimis aliis uriúſq; ſextus Monaſteriis, nec non in multis tam præcipuis quàm vulgaribus civium ædibus, illi qui infectis adeſſe, aut in eorum ædibus

manere

manere cogebantur, ſibi tam in-noxie præcaverant, ut ſubticenda potiùs hic aliqua quàm deſcribenda exiſtimaverim; quemadmodum horum in alio Idiomate mentionem non feci; ne huic agendi modo nimium deferre viderer, prout etiam in præcedenti D. Kerckoviii hiſtoria, non retuli, eum mihi Confratribúſq; ſuis aſſeveraſſe, ſe ſub incredibilibus ſuis ſudoribus exanthemata per brachia ſparſa, mentis & oculorum illæſa acie perſpexiſſe; quod licet peſtiferis rariſſimè tam feliciter accidat, ſępius contigiſſe mihi conſtat, necdum conquerentibus, qui iiſdem adſtiterant, à quibus ſumpto à me Alexipharmaco, deliteſcens venenum à centro ad peripheriam tranſlatum & exterminatum fuit, ut illius nigræ in cute maculæ teſtatæ fuerunt.

Et quod inter illa vix credibile eſt, Abbatiſſę in Ooſtecloy anno 1634. peſte evidentiſſimâ correptæ (quam Carbo ſub mento, durities ſub axilla ſiniſtra, lingua tota nigra & tumida, & ejuſdem coloris ex-

exanthemata per totū corpus ſparſa confirmabant) moderna quæ in locum ipſius ſucceſſit cum aliis Religioſis, quarum nemo nec peſti adfuerat, nec eâ laboraverat, noctes & dies in anguſto cubiculo inſervierunt, & illud charitatis opus omni genere officii etiam ſordido, meis quidem confiſæ præſervativis & vitæ regimini, ſed me diſſuadente, imprudenter & fruſtra (depoſita enim omnium erat judicio) præſtare voluerunt. Et tamen omnes 4. (quæ adhuc ſuperſtites ſunt) ſingulari Numinis favore cum reliquis totius domus incolumes, abſque ulla contagii huc uſque propagatione evaſerunt, excepto laicæ ejuſdem Monaſterii ſororculæ interitu, quæ pridie obitus prædictę Dominæ ſuæ moriebatur, quamque recenti à conſanguineæ ſuæ peſtiferæ reditu infecerat. Hæc licet Dei gratia tam optatè, & quidem præter expectationem meam, ſucceſſerint, nemini tamen huic contagio inſueto, inſtructionis fortè incapaci, ut veneni hujus aliquando nimis contagi-

oſi

osi & exitiali periculo se exponat persuasum velim; suffecisse existimans me pluralitatem eventus tam felicis fideliter narrasse, & præservantia cum vitæ regimine ad illum finem, Numine favente tam efficacia, prescripsisse; ut saltem qui adesse debebunt, aut volent sine formidine; (passione animi hic nimis suspecta) opus hoc charitatis prestare possint, facile enim in metu perculsos, & mœrore dejectos animos, virus hoc irruit; quare ne similibus passionibus ad veneni susceptionem ultrò citroque dispositionem se offerant, vino liberaliùs solito, etiam ad aliqualem hilaritatem usque (modo evitetur ebrietas) se aliquando recreare poterunt, aut ejus defectu cerui sia fortiori bene defæcata, & non recenti.

Quomodo præservãtur vicinas infectorum ædes inhabitantes.

Qui vicinas ædes infectorum inhabitant, nec tamen eas intraverint, excludent infectam auram omnia exactè obserando: quod si illud fieri nequeat, nec fugere liceat, corrigant eam suffumigiis, herbisue

herbiſve odoriferis,& aceto per domum ſparſis; & quotidie mane abſorbeant aceti contrapeſtilentialis ad minimum cochlear unum, imo etiam bis in die conſervæ noſtræ præſervativæ quantitatem ut ſupra, non neglecto condimento in paſtu ſumendo, aliiſque relatis. Nec erit abs re primis diebus ſumere mediocrem doſim alexipharmaci cum aceto calido, & abundanter ſudare, ſed cubiculo ædibuſque, non niſi poris corporis clauſis, ortoque ſole diſcuſſis inquinatis vaporibus, egrediendum, & ante ejuſdem occaſum redeundum eſſe ſciant; & immediatè poſt expurgationem infectarum ædium ſudorem repetere non minùs conſultum eſſe.

Quomodo præſervātur non vicini contagio.

Quod ſi & illi qui in ędibus contagioni non vicinis degunt, ſibi utcumque certo proſpectum velint; prout magis aut minùs illa graſſatur, pari paſſu, magis aut minús præſervationi ſuæ ſtudebunt, ac in primis novem ad minus diebus, ſummo mane unum ad minus aceti

ti contrapeſtilentialis cochlear aſſument, & ſi idipſum in promptu non ſit, in aceto vini præſtantiſſimo rutam ut ſupra dixi macerabunt, & bene fecerint ſi addant radices angelicæ, ęnulæ campanæ contuſas, ſunt qui etiam addunt aliquid theriacæ; aut ſi certiùs ſibi præcavere velint, pro optimo præſervativo commendatur electuarium de iribus adverbiis;ex cito,longè & tardè,compoſitū fugā repentinā longinquam &diuturnam ſignificantibus; At cùm idipſum ſemper fieri nequeat, Ori per maſticationem, Naribus per olfactum aceti, & Stomacho per confectiones, ut ſupra pro habitantibus & frequentantibus domos peſtiferas præſcripſimus, ſibi proſpicient, antequam aperto aeri ſe committant, & vel maximè cum plateas hác labe, aut tetro aliquo pœdore obnoxias obire coguntur. Et certè aëris, & domi, & foris, non mediocris eſt habenda ratio, unde ſimul ac ejus puritas in ſuſpicionem venit, aut exulandum eſt, aut domi contamina-

ta

ta aura aſperſione aceti, ſuffumigiis, herbiſq; odoriferis, per cubicula ſparſis, eorúmq; ſplendido foco corrigatur; prout ex ſtructis pyris, in urbium compitis, latiſve locis, venenum aëris longè latéq; ex *Hippoc.* doctrina extingui ſolet, qui illius ergo, cum peſtis in exercitum *Xerxis* debacchof aretur, fragrantes odore ſylvas incendi curavit, unde maximè, illuſtrem nominis ſui famam auxit, ipſiq; ſumptuoſiſſima erecta fuit ſtatua.

Quod aer inquinatus fugiendus, & corrigendus ſit.

Si autem fugere liceat, bene fecerint ſi ſibi de ſudorifero proſpexerint, ut ſi in itinere, aut loco quietis vel minimam contagii apparentiam percipiant, venenum copioſiſſimè ſudando eliminent; deliteſcere enim illud aliquamdiu poſſe in corpore antequam ſui ſigna prodat certum eſt; imo mihi conſtat per alexipharmaca ſudorifera domi manentibus, & necdum conquerentibus à me præſcripta ad corporis peripheriam deliteſcens venenum tranſlatum & exterminatum fuiſſe, quod ſæpiùs nigræ maculę

tanquam

tanquam peſtis ſigillo cuti impreſſæ ſub ipſis ſudoribus, & poſt eoſdem teſtatę fuerunt, ídq; ſine perceptione alicujus præſentis, aut futuri incõ-modi.

Quandoquidem autem non tan-tùm aëris, ſed & reliquarum rerum non naturalium etiam curioſa ſit habenda ratio, meminiſſe opporte-bit, quod exercitium moderatum im aëre non ſuſpecto admittatur, ſed vehemens, aut longum evitari debe-at, ne nimium corpus incaleſcat, & per ejus poros pateſiat aeri introi-tus, & illius pluſquam neceſſe ſit inſpiretur; licet enim culpandus non videatur, aliquo modo ſuſpe-ctus debet ille eſſe, qui à locis infe-ctis non eſt remotus.

Exacta rerum non naturaliũ ratio habenda eſt.

Nimis etiam ſtudiis, aut gravio-ribus negotiis mentem exercere, & ut aliàs generationi incumbere, no-xium eſt. Somnus ut in peſte dam-noſus eſt, ita & ejuſdem & vigilia-rum exceſſus in præcautione culpa-tur; illarum autem ille jam morbo correptis quidem moleſtus eſt, ſed non ut ſoporis metuendus; reple-

ti-

tio hic vitari debet, & maximè exinanitio.

Inter passiones animi, pavor, ira, metus, & mœror, hic meritò debent exulare; & alacritas animi quoad fieri potest procurari.

Munditiei totius domus, ejusdemq; utensilium curiosissima habenda est ratio, & maximè vestium quibus aëri se exponentes, utuntur, quas politas, æquales, & non graves esse oportet, in quibus (ut facilè fit in laneis & pelliceis) aura contaminata hærere nequeat, eædémque sæpè aëri aut igni exponantur, & extra ædes excutiantur, & scopis vestiariis detergeantur. Sereno aëre aperiantur fenestræ domus, quæ Septentrionem & Orientem (modò non infectas ędes) respiciant. Boreas enim inquinatum aërem verrit, & discutit.

Fonticulos meritò ab Authoribus laudari manifesta testatur experientia; sed & iis solis non fidendum esse, etiam per eandem didicimus; quorum loco antiqua ulcera præservant, ideoque negligenda;

genda ; ut & ſcabioſi non ſunt curandi.

Amuleta cum arſenico, aut ſimilibus venenis geſtata, quia (ut naturæ inimica ſunt) aliquando ea nocuiſſe conſtat, probare non poſſum.

Sacculum ſericum, goſſipio & pulveribus cordialibus & antidotalibus interjectis impletum de collo verſus cor pendentem laudat ratio.

Cibus. De cibo brevibus hic monebo, ut contagioſá tempeſtate, à porcina, bovina, aliiſq; durioris concoctionis carnibus, ab animalium extremitatibus, viſceribus, aut inteſtinis, à viſcoſis piſcibus, leguminibus, fructibus, & ab omnibus (excepto butyro) lacticineis abſtineatur. Et vice verſa ut facilis digeſtionis cibi, relictis piſcibus dùm carnibus veſcimur, delegantur, iiſq; potiùs aſsi quàm elixi exhibeantur, & ſi aliquo juſculo aut liquore condiantur, aceto-vini, ſucco citri, nuce moſcatâ, gariophyllis, aut ſimilibus, herbiſve odoriferis pro cibi qualitate

qualitate preparatis, palato non minùs placebunt quàm proderunt.

Huc reducitur condimentum mensæ semper apponendum, quod ex aceto-vini, nuce moscatâ, & saccharo in jure carnium decoquitur, cujus defectu sumitur vinum cum butyro, ita tamen illud præparando ut sapor aceti & nucis moscatę valde exsuperet; in quo macerari & involvi poterit omne alimentum, aut ejusdem in fine mensæ cochlear unum atq; alterum absorberi. Asthmatici, aliique tussiculosi in minori quantitate aceto, & in majori saccharo cum reliquis utentur; ut etiam in aceto contrapestilentiali ficus, passulas corinthiacas, radices liquiritię, aut alia pectoralia decoqui aut macerari curabunt, & si nimis urget tussis, loco aceti utentur aliis præservativis. Quemadmodum etiam hydropici manè potiùs bibent vini absynthiaci & rutacii insignem haustum, quàm cochlear aceti contrapestilentialis.

De

Potus ordinarius.

De potu ordinario etiam addam, quod is conveniat cui quisque assuevit, aut vini aut cervisię, quibus interdum immisceri poterunt aliquot guttæ ſucci citri, vel olei ſulphuris, cervisiæ autem benè defæcatæ qualitatis mediocris, vini verò non nimium vinosi ut Rhenani, aut ordinarii Francici; cui aliquando parum aquæ decoctę cum pauxillo corticum citri, aut cinamomi commisceri poterit.

Quod in minima contagii suspicione confugiendum sit ad Alexipharmacum.

Quod si forte contigerit quempiam adſtitiſſe peſtiferis, aliisve adfuiſſe qui perpetuò illis adesse coguntur (quod vix absque contagii suspicione & communicatione fieri solet) & vel maximè quando nullis munitus fuit præservantibus (esto quod necdum infectus alicujus signum perceperit) illicò se cõponat ad sudores, sumendo theriacæ veteris drag. ij aceti-vini cochleari immistas, superbibendo ejusdem aceti cochlearia 2. vel potius 3. calefacta.

Ut autem sciatur, an cum spe convaleſcentię curatio tentetur quando

quando ſigna peſtis apparent, ea quæ maximè ad prædictiones ſpectare videntur, brevibus recitabo. In primis eventus non infelix expectari poterit, ſi ab ipſo invaſionis principio alexipharmacum, ut ſuprà, aſſumatur, illudque retineatur, & copioſiſſimos ſudores producat, ſi anthraces & bubones ſe præferant ante perceptionem caloris febrilis. Verùm licet inſidioſus ille hoſtis, hoc, & alio modo blandiatur, nullo modo ei fidendum, ſed ipſum ſemper metuendum eſſe, eventus ſæpiſſimè docuit funeſtus. Si autem pertinax vomitus, inexpugnabilis ſopor, magnus anhelitus fœtor, vel nigricans lingua adſint ab initio, maximum denotat ſubeſſe periculum, & non minùs ſi pulſus intermittens, ſi animæ deliquiũ, ſi fluxus ventris, ſi ſanguinis è naribus, vel menſtruorum eruptio accedant; & maximè ſi rauca vox eſt, ſi urina, ſi alvi excrementa, ſi vomitu ejecta nigricant; ſi ſingultus, aut membrorum ſubſultus ſuperveniant, ſi expectoretur ſanguis,

Prædictiones.

& si cum urina dilabatur, fatum instare significant.

Quod si ut retuli in minimâ tantummodo contagii suspicione consultum sit Alexipharmacum sudoriferum sumere, procul dubio ad illud tamquam ad sacram anchoram confugere debebit, qui se per aliquod signum peste correptum percipiet, idque illo ipso instanti (cum faciliùs quam plures existimant, exuperari hic morbus possit) ne tandem funestis his relatis prognosticis, fato obnoxius reddatur, illudque ab eo sumetur cum aceto, ut suprà in lecto debitè cooperto, & ante splendidum focum, si fert commoditas, & provocabitur sudor quam fieri potest diu, & si in maxima non erumpat abundantia ut hic requiritur, vesica aquá calida semiplena ventri inferiori superponetur, quæ si cum foliis cardui benedicti, rutæ, aut radicibus angelicę, vel zedoariæ decocta fuerit fructus poterit esse cumulatior. Quod si sudor nondum erumpat satis copiosus, nec melius valeat

æger

ęger ; quàm primum, viribus non nihil recreatis, ad iterationem ſudoris procedendum eſt, imò ut & tertio ſudet ratio nonnunquam ſuadet ; quę iteratio, cum ſudor in principio inſultus per Alexipharmacum in maxima provocatur abundantia, ſæpiſſimè non eſt neceſſaria, ut & *Sennertus* lib. 4. de febribus cap. 6 teſtatur, *Exiſtimo,* inquit : *tot homines peſte interire, quod plerique tardius Alexipharmaca uſurpant, multoſque poſſe ſervari, ſi ea citius, & antequam venenum humores corrumpere incipit, aſſumerent: aliquoties enim obſervavi in peſtilentibus conſtitutionibus, quoſdam cum ſe infectos ſenſiſſent, ſtatim ſumptis Alexipharmacis ad ſudorem ſe compoſuiſſe, & poſtea nihil mali amplius paſſos eſſe, imò poſtridie ad conſueta negotia rediiſſe. Contra ſi curatio protrahatur, & horæ 8. aut 9. iam elapſæ ſint, antequam medicamentum aliquod propinetur, centeſimus vix evadit.*

Doſis Alexipharmaci ſudoriferi.

Doſis autem Alexipharmaci ſudoriferi ordinaria eſt, ovi philoſophorum drag. 1 ß. confectionis de

 hyacintho

hyacintho ſcrup. 1. lapid. beſoa
orientalis gr. vj. aut peruani x
olei ſulfuris gutt. 5. miſceantur &
ſumantur ex cochleari cum aceto
vini calefacto, ut ſupra, ſuperbi
bendo tria alia calida; Si deeſt o
vum Philoſophorum, exhibeantu
theriacæ veteris ʒ ij ß. confectionii
de hyacintho ʒ ß. & loco lapid. be
ſoar, ſi res anguſta eſt, raſuræ uni
cornu gra. aliquot. Extracta, & ſa
les quę conficiuntur ex ſcordio
ruta, carduo benedicto, & angeli
ca apud multos ſunt in uſu, a
drach. circiter 1. Spiritus etiam an
timonii ita præparatus, ut nec vo
mitum nec alvum, ſed ſolummo
do ſudores promoveat, hic etiam
ſummopere commendatur; cui u
præcedentibus extractis plus fiden
dum eſſet, ſi cum aceto calido u
ſuprà exhiberetur, & ad minimum
theria. veter. drach. 1 adderetur, n
pars illius deſit quod pro Alexi
pharmaco (ut hic eſt vipera) habe
tur; ideoque præfero prædicta Alex
Quæ etiam in majori doſi magni
tudine veneni requirente, exhiber

poterun

poterunt, ſcilicet ovi philoſophorũ drach. *ij*. aut theriacę veteris drach. *iij*. cum reliquis additis. Ut *Galenus* ipſe & alii Priſci Authores Theriacæ unc. *ß*.exhiberi, & veneno necdum expugnato iterari curarunt, eandem doſim, vel minorem pro conſtitutione patientis exhibendo.

Ampliùs hic Gandavi anno 1647. à D. Cortreau, Societatis Patre, Confratri ſuo peſtifero cum bubone ſub axilla ſiniſtra duobus alibi Anthracibus feliciter oblatum fuit, ei 20. horarum ſpatio, exhibendo theriacę unc. 1 *ß*. primâ ſcilicet vice ʒ *ij*. octo horis poſt unciam *ß*. & aliis iterum horis octo elapſis ʒ vj. ſuperbibendo poſt ſingulas doſes aquæ cardui benedicti, aliarumq; cum ſyrupis hic in uſu notabilem hauſtum unum atq; alterum; non neglecta virium, tempore intermedio, alimento convenienti reſtauratione. Circa idem tempus, Contagii Chirurgus peſtifero cum optimo ſucceſſu exhibuit theriacæ unc. *ß*. quæ Alexipharmaci quantitas potiùs quàm

℥ij urgente morbo, primâ vice exhibenda videtur, poſſet enim in ejuſdem principio ſufficere: pondus tamen illud, imò nec ordinarium aſſumi velim, quando valde ſoporoſa peſtis eſt, cujus loco aliud hujus parti addi poteſt ſudoriferum.

Sunt longè fide digniſſimi, qui feliciſſime in hoc, aliiſque etiam morbis, ſudores in maxima quantitate provocarunt viperæ pulveris drach. ß. quæ viva non exenterata, cum capite dentibus & cauda tota integra, in vaſculo figuli ſuperiùs aliquot foraminibus perforato, ſuper carbonibus ignitis ita præparatur, ut tantummodo exſiccetur, & non aſſetur, & ita datâ occaſione, ut latiùs retuli in Idiomate Gallico, pulveriſanda ad uſum ſervetur, & exhibeatur ut aliàs cum aceto calefacto; qui volet addere antimonii ſudoriferi ℈ I. aut drach. ß. aut lapid. beſoar. gran. aliquot bene fecerit. Deficientibus his omnibus ſupra nominatis, poterunt aceti-vini calefacti unc. v. exhiberi,

cum

cum nucis moſcatæ 3I. & croci ſcrupulo I. ventriq; inferiori ſuperponi veſica aqua calida ſemiplena, donec Alexipharmacum (ſi res poſtulet) quod ſufficienter ſudores promoveat, habeatur.

Et quandoquidem abundantiſſimo ſudore (qui hic requiritur) induſia & linteamina perfuſa madere debeant, & tanquam veneni receptacula non ſine ratione à plurimis Authoribus mutanda cenſeantur; ut patientes ab eorum maligno fœtore, quo involuti jacent, liberenter, omnibus hic perſuaſum velim linteorum illam immutationem non temerè faciendam eſſe, at potiùs ſudorem detergendũ linteis non recenter ex ciſta deſumptis, ſed aliquâ aquâ odorifera non nihil aſperſis, deinde calefactis, donec omnis ſaponis, aut alius acquiſitius fœtor emigraverit, quem ex voce populi, & ab Alexianis, aliiſq; peſtiferi aſſiſtentibus ſuſpectum ſemper fuiſſe percepi, ut plurimi non in hac tantummodo lue, ſed

Quod induſia & linteamina nõ ſint temere mutanda.

etiam in variolis, alia nolint induere indusia, quam illa ipsa, quæ ab ipsis, eorumve amicis tempore sanitatis gestata, & bene calefacta fuerunt. Animadversum etiam fuit, per renovationem eorum, menstrua quæ hic suspecta sunt erumpere, & quidem hęmorrhoides etiam in sanis effluere; Quam immutationem cum recentibus indusiis periculosissimam, non admittendam ante diem morbi septimum fuisse (nisi fœtoris impatiens patiens, priùs indusium cum antea gestato mutare cogatur) seriò inculcat *Isbrandus Diemerbrouc* in suis observationibus, ubi paucis horis post incautam ejus renovationem, calorem febrilem, cordis anxietatem, aliáque symptomata magnum ordinariè incrementum sumpsisse, fatúmq; approximasse denunciat, ídq; non ita accidisse post mutationem cum ante gestatis, in quibus à calore corporis dissipatus erat saponis fœtor, quem magis metuendum esse, illo qui ex sordidis evaporat indusiis, frequentissima

quentiſſima ait experientia plus ſatis teſtatum fuiſſe; cui in iis maximè quæ ad hunc occultum morbum ſpectant magis fidendum eſt, quàm rationi, ut & ſanos inculpatas ædes inhabitantes, in quibus lintea ſapone adhibito perlavantur, longè citiùs hoc infici contagio, quam ubi fœtor ille nō admittitur, nulli dubium, tanquam nimis notum eſſe debet.

Fætor ſaponis non tantum peſtiferis ſed & ſanis tempore contagii noxius eſt.

Et ut atrocitati rabidi hujus tyranni longè certiùs obveniatur, virium quæ ab eo conficiuntur, maxima erit habenda ratio, quod fiet paulo poſt ſudores, aliiſq; ſtatutis temporibus, tale exhibendo alimentum quale vel debilitas, vel febris requiret, & ſtomachus nauſeabundus non faſtidiet; qui cum hic carnibus onerandus non ſit, erunt in uſu earum jura, contuſa, expreſſa, conſummata, & reſtaurantia, quibus addetur ſuccus citri, vel Omphacium; iiſq; aſſumptis, ne à malevolo rejiciantur ſtomacho, taleola pomi citrii decorticati, & tantillo ſacchari involuta

Eſculenta in peſt.

maſticabitur. Sorbitiuncula ex Omphacio & aqua, cum ovi vitello uno atq; altero, & pane albo valde conveniens eſt; cui parce inmiſcetur ſaccharum, quod ut & mel hic noxium eſt. Unde tabellis & conſervis quæ hic in uſu ſunt, pulverum plus ſolito, & multò minùs ſacchari imponi debet; niſi ejus, aut mellis & ſapor & vires, ab Alexiteriis, & multitudine ingredientium, ſuperentur, ut fit in theriaca, & ſimilibus compoſitionibus: valde conveniens eſt aliquando, etiam non obſtante nimio calore febrili, ſorbitiunculis, 4. aut 5. cochlearia vini Rhenenſis inmiſcere. Et ſubinde julapia ex aquis cardui benedicti, ſcabioſæ, acetoſæ, borag. cum ſyrup. de ſucco citri, addendo ejuſdem ſucci citri & olei ſulphuris aliquot guttas, ſuum locũ habent; aut eorum loco Apoſemata ex ſimilibus præparata; & non minùs conſerva de hyacintho, aliæque cordiales, nec non margaritarum lapid. beſoar., raſuræ unicornu pulveres exhibentur. Potus erit,

cerviſia

cervifia tenuis bene defæcata, cui fubinde addentur aliquot guttæ fucci citri, aut etiam olei vitrioli, aut pars omphacii notabilis, imò quandoq; febre intenfa & delirio non inhibentibus, aliquid vini Rhenenfis, aut alterius non potentis immifceri poterit. Si fubfiftat, & pigra nimis fit alvus, fubduci poterit communi fuppofitorio, vel clyftere ex jure vervecino, vel decocto herbarum emollientium, cum crudis duobus ovorum vitellis, & falis cōmunis & mithridatii aut diafcordii ana drach. 1. quibus fi non excitetur facultas expultrix, addi poterunt fyrupi rofarum folutivi; & olei amygdalarum dulcium aliquot unciæ; vehementioribus educentibus hic nullo modo utendum exiftimem; nec eft cur vereamur, licet alvus uno atq; altero die conclufa fit: fæpiùs enim in aliquibus peftiferis eam conftipatam fuiffe feptem dierum fpatio, eofq; convaluiffe, & legi & intellexi, ídque villico meo totos dies feptem contigiffe anno 1647. ab illo ipfo jam

jam penitùs ſanitati reſtituto, uxoreque ejus fideliter mihi narratum eſt.

Venæ ſectiones, purgationes, vomitoria non admittuntur.

Venæ ſectiones, purgationes, & vomitoria, quæ in alio Idiomate ut ſuſpecta reliqui, hic non commendabo; agitatio enim ſpirituum, humorumq; inquinatorum, cum inculpatis communicatio, eorumq; lata diffuſio, cùm non fiat, ſine magna virium & temporis in tam brevi prçcipitantis hujus morbi decurſu jactura, me ab iis avocârunt. Quas rationes, cum à multorum graviſſimorum Authorum ſententiis non tantummodo non diſcrepare, ſed & eaſdem ab aliquorum inter illos curioſiſſima eventus animadverſione, perciperem confirmari, meæ ipſius etiam curioſæ confiſus obſervationi, intrepidè mihi perſuaſi, ſupra dicta evacuantia nullatenùs admittenda eſſe, ſed venenum hoc quam citiſſimè deducendum ad corporis circumferentiam, quò natura per vias convenientes & commodas vergit (ut patet ex bubonum anthracumq; veneni

ecc

eò tranſlatione)& inde per ſudores expellendum.

Non ignoro tamen multos præſtantiſſimos Authores aliter ſentire, ſed exiſtimem illos magis ſecundùm rationem plauſibilem, quam peremptoriam judicare, dùm mentis acie tantummodo, veneni hujus eſſentiam denſiſſimis tenebris involutam & reconditam, ſe penetrare, viréſque ejus debellare & expugnare poſſe, ſine prævia & ſufficienti eventus experientia arbitrantur; ſine qua hic caligat ratio, & nihil prȩter incertum & dubium venari poteſt. Ut & ipſe *Hippoc.* variè de varia peſtis, febriúmque peſtilentialium conſtitutione ſcribens, dubium movere videtur, qui tamen ſe opinioni noſtrȩ planè favere oſtendit 3. *Epid. Text.* 3. ubi de pernicioſiſſima peſte agens, purgationes multos offendiſſe, & plurimos ex illis obiiſſe ait, ut etiam in vera peſte venæ ſectione non fuit uſus, ut patet 1. *Epid.* in hiſtoria *Cratonis*,& alibi 6. *Epid. ſect.* 7. *Textu.* 1. cùm in morbis quibuſdam peſti-

peſtilentialibus, venæ ſectionem in pluribus adminiſtrari tentaſſet, nũquam tamen illis profuiſſe ipſemet teſtatum reliquit; prout *Gal. l. de bonis & malis ſuccis* c. 1. inquit venę ſectionem in ſui temporis peſte rariſſimè in uſu fuiſſe, illóſque laudat Medicos, quos in ejus inſtitutione parcos & timidos fuiſſe intellexerat; ut è contrario vituperat, & ridet illos qui in aliis morbis, ubi de venę ſectione quęſtio erat, eam timuerunt, vocans eos hæmophobos. Multi etiam, tam neoterici, quàm veteres, aſſerunt eandem infeliciſſimo omine inſtitutam fuiſſe. Imo *Fallopius*, in ſui temporis peſte, omnes quibus ſanguis fuit extractus obiiſſe refert. *Palmarius*, qui biennio graſſante peſte, curandis ægrotis in Noſocomio Pariſienſi pręfuit, de peſte cap. 7. inquit, ex iis quibus ſecta fuit vena, vix centeſimum evaſiſſe, *Dodoneus*, *Hildanus*, cum multis aliis, etiam vix aliquos, quibus in peſte (cùm longum apud illos graſſaretur) ſecta vena erat, curatos fuiſſe, unanimiter

aſſerunt

afferunt; quorum veftigia fequitur præfatus *Isbrandus*, Medicus Trajectenfis, vir doctiffimus, qui in pefte Noviomagenfi (ut *Palmarius* in Parifienfi) diligentiffimus infectorum vifitator, & curiofiffimus indagator eorum omnium, quæ ad ejus cognitionem & curationem fpectant, effe voluit, cùm illa ibi furiofiffimè graffaretur annis 1636. & 1637. prout patet in libri fui recenter editi anno 1547. hiftoriis & annotationibus validiffimis rationibus adjunctis, iifque experientia confirmatis, ubi fuftinet in pefte abftinendum effe à venæ fectionibus, purgationibus & vomitoriis, ob rationes quas profert, ea non admittentes & infelicem eorumdem quem obfervavit eventum, quando ab aliis inftituta fuerunt; qui & afleverantur cum præfatis affirmat, ex numero ingenti vix aliquem poft venæ fectionem evafiffe, & quod ampliùs eft, cum Riverio & Lidderio obfervavit, non tantummodo in peftiferis eam fuiffe damnofam, fed & eandem in fanis, durante contagio

præ-

præſervandis, non niſi urgente magnâ neceſſitate, admittendam eſſe aſſeverat.

Hanc Authorum diſſentionem, in re tam precipitanti & tanti ponderis, dubium, imò & abuſum parere conſiderans, paulò de ea in hoc meo compendiolo fuſiùs agere volui: ut inſinuem illis, qui fortè volent ſuſtinere præfatas evacuationes hic eſſe proficuas, quantenùs nē graventur, ante illarum inſtitutionem, ſufficienter inquirere, de preterito earundem ſucceſſu, cum optima ſit in re dubia judicatio, quæ ſumitur à juvantibus & nocentibus; intelligent procul dubio plurimos ex iis qui eas admiſerunt, obiiſſe, & pauciſſimos evaſiſſe, illúdque naturæ robori, aut veneni impotentiæ attribui potuiſſe.

Quod ſi relictis & rejectis illis evacuationibus, Alexipharmaca ſudorifera venenum per circumferentiam corporis non eliminent, & in eam, hoc modo, vel ſponte, bubones aut anthraces ſeſe proferant, promovenda erit ad partem affe-

ctam

ctam venenati humoris attractio,& concoctio, quæ tamen non perducenda erit ad maturationem integram, ad quam non eſt reducibilis, neque etiamſi eſſet, eam non admitteret mora, Olea, Cataplaſmata, fomenta, & emplaſtra, à me, & ab aliis plus ſatis deſcripta ſunt, & in communem uſum recepta; ut in primis bubones pullulantes inungi ſolent oleis liliorum, & ſcorpionum, aut butyro inſulſo cum pauxillo theriacę, aut iis apponi cum folio braſſicæ rubrę remollito priùs in aqua calida, deinde apponuntur cataplaſmata, ex radicibus liliorum, Altheæ, aut ex earum herbis, additis foliis rutæ & ſeminibus lini, quibus decoctis & redactis ad debitam conſiſtentiam etiam adduntur vitelli ovorum, unguentum baſiliconis, vel terebintina, aut ſimilia. Sunt qui curam aggrediuntur ſolis cæpis aſſis miſtis cum butyro recenti, aut oleo liliorum. Multi gallinę podicem deplumatum, & ſale affricatum buboni feliciter applicarunt, illéque diu appoſitus

Bubonis curatio.

appoſitus, aut mortua gallina cùm eſſet, novæ quamdiu patiens ferendo erat apponebantur, roſtrúmque earum aliquando clauſum tenebatur, quo facto ungentis prædictis & cataplaſmatis iterum utebantur, donec ad ſuppurationem ſufficientem ventum eſſet, & phlebotomo puri exitus parari poſſet: quem ſi tumoris adhuc recuſat durities, cauterio idipſum procuratur: patefacto tumore, ulcus emundatur melle, cui pro re nata vitellus ovi cum terebinthina, vel unguentum apoſtolorum, aut etiam Ægyptiacum, ſi res poſtulat, imponitur. Et emplaſtrũ diachylon cum unguento baſilico; vel talis facultatis cataplaſma parti affectæ ſuperponitur.

In curatione carbonis uti ſolent ſimilibus oleis & cataplaſmatis, ſed ordinariè mitioribus & minus attrahentibus, ne nimis irritentur fortioribus, deinde ut alia ad cicatricem uſque percurantur ulcera, quæ ut & bubonum diu aperta ſervari debent.

D

De Curatione furvarum, aliarũque funeſtarum macularum, non plura quam in Gallico Idiomate aucto retuli, hic dicam, ne oleum & operam perdendo Æthiopem dealbare velle videar.

Cùm externis his tumoribus & maculis proſpicitur, non ſunt negligenda interius ſumenda Alexiphar. ſudorifera, confectiones & pulveres cordiales, nec non julapia & Apoſemata, quæ ſtatutis temporibus, ut etiam alimenta curioſiſſimè ſunt procuranda; ad ſedandam ſitim hauſtus tenuis & defæcatæ cerviſie quandoque admittitur, imò aquę fontanæ aut putealis hauſtum non paucis iuculpatè exhibitum fida relatione percepi, & ne nimia eorum quantitas aſſumatur, abſorberi ſubinde poterunt tria aut quatuor cochlearia tenuis cerviſiæ cum ſucco citri, pane domeſtico, & ſaccharo præparatæ, quibus etiam non inepte immiſcetur aliquid vini Rhenenſis, aut alterius non potentioris, ſi delirium aut intenſus febrilis calor non obſtat. Decorticati

cati

cati etiam pomi citri taleolæ in a-
quę partibus duabus, & una vini
præfati cum facchari quantitate a-
liquali, eodem modo ad eundem-
que finem mifcentur,& gratiffimum
palato in fiti fit levamen. Imo to-
tum pomum citri cum corticibus &
feminibus (quæ etiam cordialia
funt) diffectum, potulentis ordina-
riis, aptiffimè immifcetur.

Quomodò inquinatæ ædium
fordes aqua,& ea potiùs aceto mifta
aut cum ruta decocta & calida,qu
frigida eluantur & expurgentur, &
nō minùs fuffumiigis ex bacchis ju-
niperi, fulphure, puluere tormenta-
rio, & aceto, aliifque quæ in feli-
ci ufu funt præparatis, fuffocar
debeant, & quæ à domefticis & vici-
nis tunc temporis obfervanda fint
Quodque fugitivis nullatenùs con-
fultnm fit ad eafdem, ante fex heb-
domadarum fpatium, poft obitum
peftiferi, neque poft ejufdem inte-
gram convalefcentiam ante men-
fem reverti, fatis in alio mec
Idiomate,& ab aliis relatum eft.

Nec fuit mea intentio plura de
hac

hac contagiosá & truculenta labe describere, quam quibus antidotis præservantibus, & Alexipharmacis in principio invasionis suæ venenū per corporis peripheriam eliminantibus cum felicissimo successu occasione se ferente, uti jusserim, & hisce cum præcedentibus in alio Idiomate silere decreveram; nisi aliquibus, & mihi ipsi preter rationem visum fuisset, si intactis morbis endemiis, qui in partibus nostris maritimis grassantur, finem imposuissem, quorum & hic mentionem facere expedire existimavi; ut innotescat loci istius malignitas, & vel absentia evitetur, vel preservantibus sanitati caveatur.

QUINTUS DISCURSUS.

Tractat de morbis Endemiis, eorum-que Symptomatis, quæ in locis mari vicinis, vulgò Polders *vocatis, incolas, potissimumque advenas, huius auræ malignæ insuetos infestant, & præcipuè de preservantibus remediis quibus se munire possint.*

SOlent hi morbi præfa tos corripere ab Au tumni principio, & aliquando citiùs, pr præcedentis æstati majori vel minori calore, & qui busdam annis ita sævire, ut majo rem illorum partem longum & mi ferè affligant, eorumdémque no paucos è medio tollant, ac potissi mum in locis vulgo *Polders* vocati quæ iam ante aquis salsis operta aggeribus ab iis separata,& ad cul turam redacta sunt, at non ad pri stinam naturam & puritatem revc cata; inhęrescere enim diu in illi perseverat nescio quæ malign

qua

qualitas, ex putrido aquæ Marinę fundo generata; unde maximè in præfato tempore, quando in ſementi, terra arando & ſulcando vomere proſcinditur, exhalare pergit fœtida & morbifica aura; donec tandem ipſi exitus, à gelu, aut ſatis intenſo frigore, terrâ coactâ, inhibeatur.

Quemadmodum etiam ſimilem auram exſpirant lacus, & alia ſtagnantia & paludoſa loca, plus ſolito ab ardore ſolis exſiccata, unde à piſcibus aliiſque animalibus, fortè etiam venenatis, aqua privatis, & putrefactis, malignus vapor elevatur.

Prout prata illa, quæ, poſtquam diu à copioſa pluvia aquis obruta jacuerunt, tandem radiis ſolaribus exuſta, relicto vicido, & fæculento ſedimento, ab undoſo imbre non diſſoluto, & diſiecto, putrida ſua mephite, vicinos incolas ſæpe ſępius inficiunt.

Morbi autem qui ibi præcipuè graſſantur, ſunt tertianæ & quartanæ nothæ, & non raro continnæ, mul-

multique alii qui eos tanquam symptomata sequuntur, inter quos maximè obviæ sunt pertinacissimæ obstructiones; unde sæpè lienis, & aliquando hepatis scirri, ut & frequenter hydrops, dolor colicus crudelissimus, Icterus & calculus oriuntur; Apostemata in partibus naturalibus, & diuturnæ defluxiones in pectus, quarum aliquæ ad pthisim ducunt, se ibidem etiam ingerunt.

Quorum symptomatum cum maior, ut dixi, sæpè sit habenda ratio, quam febrium sub quibus prodierunt necdum cessantium, ideóque vitæ regimen & medicamenta prout illa vel hę magis urgent, esse varianda, non potui non ea in alio Idiomate describere, ut saltem qualia & quo tempore medicamenta & alimenta sumenda sint, & à quibus abstinendum sit, ruricolis, & ope medicâ destitutis, aliquousque innotescat. Quibus etiam hic cautum volui, monendo, urinæ in absentia patientis inspectę nullam adhibendam esse fidem; quæ transmissa cum hypostasi (si quæ sit) confusa, colo-

réqu

réque nunc calorem,nunc cruditatem referente, nihil certi,imo contrarium aliquando ſubeſſe denotat; ut,inter cætera,fit in hydropicis,ubi urina, quæ ordinariè in parva quantitate diu retenta excernitur, ſæpè magis quàm in febre ardente tincta eſt, ut & illa quæ etiam in ejuſdem febris incremento minus rubicunda, quàm in principio aliquando apparet, & medicum & ægrotum deciperet, ſi ejus inſpectio non fieret apud patientem, ubi vultus,loquela,& pulſus,qui cordis tabellarius eſt,dolũ aperirent;& calorem febrilem ſub tali etiam urina increſcere, illúdque quod illam inflammaverat ſurſum aſcendiſſe,ibíque delirium & majus morbi periculum minari, teſtarentur; unde patet eam ad medicum non eſſe mittendam ſine debita inſtructione & cura, ut ipſi omnium, quæ ad prȩſentem morbi ſtatum ſpectant, per latorem relatio ſpecifica,aliquo modo fieri poſſet; qui tamen ejus plerumque & viciſſim conſilii à Medico referendi (quod ſæpè conditi-
 onale

onale esse debet) incapax est inten nuncius. Ea propter in absenti patientis semper ab illa inspection alienus fui, considerans me isto agendi modo, nec patientis expectationi, nec conscientiæ meæ ullo modo satisfacere posse.

Volui etiam in Idiomate Gallico palam facere errorem & fraudem, quæ committuntur à circumforaneis & ruralibus Empiricis, qui in justo inhiantes lucro, cum detrimento ægrotantium irreparabili jactitant & persuadent simplicioribus, se in urina etiam sortilegii signa videre, quæ tamen ex illa nullatenùs percipi possunt; prout nec ab omni ævo ab aliquo Authore animadversa fuerunt; adeò ut dubitandum non sit; si fortè contingat patientem, de cujus urina dijudicatur, sortilegio revera torqueri judicium illud sub prętextu talis inspectionis casualiter aut conjecturaliter, vel potiùs necromanticis & dęmoniacis prestigiis prolatum fuisse: Alia enim ad effectus tam delitescentis cognitionem indicia

& alia ad ejusdem curationem remedia requiruntur, quam illa quæ ab agyrtis & perversissimis illis impostoribus ruralibus, convenire persuadentur, & pro melioribus obtruduntur.

Præservationem verò contra morbificam illam supradictam auram, in favorem eorum, qui malignis ejus exhalationibus minùs assueverunt, & ibidem transire, aut etiam diutiùs degere coguntur, breviusculè more meo perstringendam duxi; At in primis quidem quod endemicam illam auram ante Autumni principium merito omnes suspectam habere debeant, precipuè calidioribus æstatibus, imo aliquot hebdomadibus citiùs, si sub canicula intensior, aut longus antea solis præcesserit ardor. Satis enim certum putamus malignam ejus qualitatem suppositis hisce caloris dispositionibus, tunc maximè sævire, & longè ampliùs quam aliis annis inficere, in quibus calor, aut tam vehemens, aut tam diuturnus non fuit, unde tunc tempestivà ante

finem Æstatis sibi consulendum er fugâ, aut si illa ob pregnantia ib dem negotia admitti non poss aliis præservantibus corpus, vell arx vallis suis, communiri debe ac in primis herbis odoriferis, a aceto humi conspersis, & suffime tis aromaticis domi succensis, exstructo frequenter splendidic igne, aura illa erit corrigenda, stomacho haustu vini boni, aut ce visiç melioris notæ, prospiciendum jentaculo etiam mane præsum to, cum [illegible] vini, aut cervi haustu, aut ad minùs absorptis aut 4. aquæ vitæ cochlearibus, a potiùs vini absinthiaci, si ad m num sit, depleto Cyatho, antequa quis aperto se aëri committat. S neq; in hac contagiosa aëris co stitutione olfactui, graveolen olfactando, suum denegabitur a tidotum; Neque suum ori ma cando, eo quo in peste preſcri modo. Hæc autem, ut retuli, m ximè observanda sunt, ab hu malignitatis insuetis, qui eo pr ficisci, ibidémq; aliquamdiu hæ

re coguntur. Et cum incertum ſemper aliquouſq; maneat, an inficiens illius auræ qualitas, per dicta remedia ſatis corrigatur, maturabunt (ſi ſapiant) abitum, ut hoc velut certiore remedio diſpoſitionem ad morbos tam longos & periculoſos effugiant, ne ipſimet ab iis preventi, funeſta infinitorum ſequantur veſtigia. Sic viri honoratiſſimi & Primarii, Sic Conſilii Flandrię Provincialis Conſiliarii, qui, cum ſub vacantiis ibidem occuparentur, & nullis præmuniti antidotis diutiùs detinerentur, ab auræ illius malignitate, quibuſdam annis extraordinariè ſæviente correpti, domum redeuntes, vel longum & miſerrimè elanguerunt, vel obierunt.

Quibus hic annumerare non dubitamus, Cohortum Duces, Chiliarcos, Comites, & Marchiones, qui cum in illis partibus, vel in aliis etiam à mari exaggeratis aut paludoſis rem cum hoſte haberent, vel præſidia ſuſtinerent, ab eorumdem illorum locorum morbificis

auris oppugnati, illis ipſis ſi non ibidem, ſaltem aliò tranſlati vi- ctoriam & vitam ipſam conceſſe- runt.

Quæ omnia, cum certò mihi conſtent, etiam circiter 52. annorum ſpatium, quo praxim in Flandria profiteor medicam, curioſiùs à me ſemper obſervata ſint, levi hic vo- lui calamo perſtringere, ne injurii- oſis inanimadvertentię & oblivionii conſepulta cineribus, magno no- ſtro & poſteritatis detrimento, ul- teriùs deliteſcant, & vel maxime ut quiſq; prudens ſibi conſulat, & in ſe ipſo feliciter illud experiri poſſit, quod omnium eſt in ore: *Felix quem faciunt aliena pericula cautum.*

De curatione verò prædictarum febrium, ut ſunt endemiæ, earum- demq; ſymptomatum, cum ſatis ſuperq; à me gallicè dictum, & à probatis Authoribus, dùm aliunde originem trahunt, abundantiſſimè conſcriptum ſit, & diſcriminis in ipſa curatione non tam exacta ſit habenda ratio, hic ſileo; & hiſce

Latii

Latiis lineis tantùm addidi, quæ rariora & maximè proficua videbantur. Scio enim curiosiores in professione nostra, novaturire ad ea quæ à communi praxi discrepant, & pro melioribus aut magis necessariis commendantur; & ex illis aliquorum etiam calamos gestire, ut vel sic ostentare possint, habere se quę contradicant, quod facillimè sane fieri posse, in iis quæ ad morbum articularem spectant, ne dubitamus quidem, ubi tot diversæ inveniuntur opiniones, & argumenta, ut novitatis nostræ inexperti, illis ipsis se satis instructos arbitrari possint, quibus rationes nostras diuturnâ licet experientiâ cōfirmatas, controvertant, nullatenùs tamen evertant. Ut inter alia adduci possunt in quibus Ischiadicum dolorem ab humore calido, acri scilicet aut salso, semper generari sustinui, eumq; licet intensissimum & crudelissimum, ac alias pertinacissimum sępissimè trium quatuorve dierum spatio, primis invasionis suæ diebus, per assumptionem cya-

thi aquæ putealis aut fontanæ frigidę, modo ac tempore supradictis ad miraculũ penitùs sublatũ fuisse.

Prętere a ut hic & alibi tam introrsum quàm extrorsum adhibita effectu satis incredibili mederi solet; id tamen non facile admiserint, multo minùs ejus applicationem super parte supra nominata nunc calido nunc frigido morbo infestata desideratum effectum producere posse judicabunt, & maximè sanguinem spiritusq; per frigidam propulsos ad viscera, & inde aucto calore redire, & frigidam pedum congelatorum intemperiem expugnare; eosdemq; è contrario, eodem modo, eademq; frigida abactos, iisdem pedibus lęsis & inflammatis opitulari, & non huc, ut illuc reverti, absonum esse imò & incredibile sustinere volent. Quod tamen utrobiq; fieri, si tentaverint, experientia (quę rationis insepara-bilis semper comes est) docebit. Illud ipsum considerans *Corn. Celsus*, brevitati studens, non adscripsit in operis sui contentis, rati ones

sed

ſed eas examini aliorum relinquere voluit; Secundum illud, *Quærite & invenietis.* Quanquam ſi non hic, occultam alibi rerum aliquarum qualitatem Deo, ut patet in peſte aliiſque venenis, palam generi humano facere non placuerit. Nihil enim perfectum præter illum ſolum eſſe oportuit.

Ridiculum etiam potiùs quam veriſimile multis videbitur, per dictam applicationem, aut in eam immerſionem, ea quæ retuli vulnera etiam cum ingentibus tumoribus, & contuſionibus integrè ac magis ſecurè, quam ullo alio apparatu curari, & quidem per primam intentionẽ, ſine ulla prorſus ſuppuratione,& cum omnis doloris, Apoſtematis & Eriſipelatis excluſione, ut ab hujus novitatis inexpertis objici, agnitamq; iam ſatis aliis, ſi necdum illis veritatem oblatrari intelligo, quaſi verò (in cachinnum erumpentes aiunt) remedium tam excellens, & omnibus tam ad manum, in tam obviis & periculoſis infortuniis, tam diu,

 cum

cum tanta generis humani jactura delitescere potuisset.

Quibus tamen (ne publicis commodis invidere, & tantum privatis consulere videantur; Et ut veritati obluctando, se ipsos infamare desinant) insinuare volui, mihi plurali (quod ampliùs est) experientia constare, satis ingentes etiam cum vulneribus protuberationes, secunda à læsione die, sub frigidæ longa, ut suprà, applicatione, aut immersione detumuisse, & ulcus evanescente pure, in tra tres dies, coaluisse, solitamque parti læsæ actionem restitutam fuisse. Nihilominùs serotinæ applicationi nimis temerè fidendum non esse (licet hactenùs benè mihi successerit) moneo.

Nec illis quoque deerunt gravissimorum Authorum argumenta, ut venæ-sectionem, medicamenta purgantia, & vomitoria, in curatione pestis expedire sustineant; quæ tamen omnia in illa quæ nostris hic & alibi sæviit temporibus & adhuc sub initium anni 1647. Gandavi iterum grassari cœpit, & sequenti

cessare

ceſſare deſiit, nullatenùs admittenda, ſed ſemper pro ſuſpectis habenda dixi. Ubi autem Pleuritis, Peripneumonia, vel Angina peſtiferam contagionem concomitantes, venæ-ſectionem poſtularent, de ea cum debita circumſpectione poterit in arte peritus diſponere, & prædicere, ſub tam crudeli morborum complicatione, ubi licet debitè adminiſtrentur omnia, non alium quàm infelicem eſſe expectandum eventum; niſi illud *Hippoc.* locum habeat, ubi dicit, naturę fortè nihil eſſe impoſſibile. Authoribus, qui in peſte prædictas evacuationes nobiſcum improbant; devicto tamen veneno, & viribus ſatis adhuc conſtantibus ſanguinem in notabiliter plethorico corpore educi; & in cacochymica & putrida humorum conſtitutione dejectorium admitti volunt, non contradico; ſed quia tunc extra terminos peſtis ventum eſt; & qui ordinariè peſtiferis aſſiſtunt, capaces non ſunt, ut de iis diſponant, illarum mentionem non feci.

Non

Non ignoro etiam me obnoxium fore impatientum patientum querelis, maximè in morbo articulari, qui dùm ſublatum volent, quod auferri non poteſt,neſcio in quæ nõ, cum Zoilis & Momis(quos immortales eſſe non ignoro) prorumpent dicteria; at meminerint, me nodoſam & inveteratã excepiſſe podagram, quæ ſicut aliquando nequit ad votum demulceri, ita multò minùs per aquæ potum exterminari. Ut neque per venæ ſectionem, dolor,etiamſi veteranus non ſit, delinitur, quamdiu proxima cauſa antecedens nimis abundanter adhuc hæret in vicinis venis, & in aliis latè diffuſa eſt. Sufficiat itaque illam, evidentiſſimè prodeſſe, & frigidam in hoc morbo articulari, & alibi valde multum præſtare, ubi alia omnia remedia parum aut nihil; Et ut plurimum ejuſdem dolorem ſiſtere,& nonnunquam ſuffocare, imò penitùs exterminare poſſe, idque brevi temporis ſpatio, & vel maximè ſi venæ ſectio comitetur.

Neque

Neque etiam felicem ſemper eventum expectandum eſſe ſcripſi, cum in dyſenteria nimis ſerò, lactis ſero, & purgatione ex rhabarbaro ægri ùtuntur; præcipuè cum inteſtinum tenue notabiliter læſum, vel craſſum ab edaci humore nimis dilaceratum, putridum, & ad gangrenam, diſpoſitum eſt.

Et cum in peſte illicò, in ipſo ejus principio, non exhibetur Alexipharmacum ſudoriferum, & ſi neceſſe ſit non iteratur; aut ſuborto impedimento dari nequit, aut etiamſi exhibeatur, cum a pernicioſo nimis veneno ſuperatur, quod atroci ſuâ malignitate adeò quandoque excedit, ut horæ quadrantis ſpatio hominem è medio tollat. Unde velim ut omnes intelligant, me noluiſſe ſuſtinere, truculentum illum hoſtem non eſſe formidabilem, & valde periculoſum, ut communiter exiſtimatur, cum revera talis ſit; ſed inſinuare tantummodo voluiſſe, illum in principio inſultus ſui, faciliùs quam multi exiſtimant, nullo videlicet ſuborto im-

impedimento exsuperabilem esse ut per diligentem indagationem & fidelem multorum hoc meo modo preservatorum relationem deprehendi, cum felicissimo (annuente Numine) alexipharmacorum successu , quæ non paucis pestiferis in morbi maximè principio à me præscripta & satis sollicitè, licet in absentia directa fuerunt.

Quemadmodum etiam publicare volui quibus Antidotis & cardiacis, & quo vitæ regimine plurimi qui diversis multisque in locis, tam contagiosa lue laborantibus inservierunt aut cohabitarunt, eademque nec antea correpti, nec auræ tam subtiliter inficienti assueti, Deo favente ad stuporem usque preservati fuerunt, & inter illa & alia subticere nolui, quam proficuus imo necessarius sit ibidem aceti-vini usus ut est etiam seri-lactis in fluxu torminali potus ; & frigidę in morbo articularis, aliisque plurimis doloribus assumptio, & applicatio.

Quorum trium liquorum vires & ad humani generis , salutem divinitùs

vinitùs inditas virtutes, cum mihi per curiosam & exactam eorumdem indaginem, & longam eorum præscriptionem experientiâ confirmatam, certò certiùs innotuissent, illas ipsas tandem cum tractatulis de cholera morbo, & morbis endemiis, eorumdémq; symptomatis, & de morsu canis rabidi, prelo subjicere præsumpsi; & quidem eò libentius quod existimem, trium illorum liquorum usum, non tantummodo cōmitti posse, in professione nostra non versatis, sed & iisdem cōmendari debere, si aliqua humanæ infirmitatis aut necessitatis, si non mutuæ charitatis sit habenda ratio; cùm frequentissime Medicus, aut non satis cito hisce morbis adesse possit, aut grassante contagio plerumq; nolit; quodq; in curatione affectuum quibus hi liquores destinantur, & in eorum adhibitione, si non exactam, confusam saltem, & aliquo modo sufficientem omnium possint habere notitiam, ut eorumdem exhibitio, regulariter loquendo, non proficuá

esse

esse non possit; & vel maximè dum illa ipsa urget necessitas, nec ullam prorsus patitur moram, in qua plerumque evidentissimum & præsentissimum est periculum, ut benè ad propositum alludit *Ovidius* ubi inquit :

Opprime, dum nova sunt, subiti mala semina morbi,
Et tuus incipiens ire resistit equus.
Nam mora dat vires.

Et ut alibi idem Poëta non minùs ad rem loquitur :

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluere moras.

Qui versiculi, si ullibi, maximè in ipsa pestis correptione, aliisq; morbis atrocitate veneni sui instantaneè quodammodo sese diffundentibus, & in fluxu ventris torminali (ubi etiam non est expectanda concoctio) locum habent; ut & ego ab eodem infestatus anno ætatis meæ 76. cùm hæc ut Typographo traderentur describerem, & ante vesperum adverterem, adesse cru-

entas

entas abrasiones intestinorum, non procrastinavi Pharmacum, sed etiam serâ nocte humorem illum acrem expurgandum existimari; & tantùm seri-lactis quantùm potui, sollicitè & tam feliciter assumpsi,ut 24. horarum spatio penitùs ab eo me liberaverim; sic aliis vicibus duabus in eodem morbo, & eodem planè agendi modo, mihi ad votum cessit.

Et ut sciatur me in alio Idiomatè non in vanum monuisse in Ictero statim exhibendum medicamentum purgans, illudq; 4. aut 5. diebus continuis si necesse sit, iterandum esse, ut & ipsa causa conjuncta,quę mora indurescit,& tandem aliquando lapidescit, è vesicula sua propellatur in intestina. Volui etiam ut major fides huic festinationi in hisce morbis necessariè adhibeatur, hic ad majorem publici commodi utilitatem addere, me diebus circiter quindecim ante invasionem à præfata dysenteria, correptum fuisse à vero Ictero, quem ventris pręcesserat dolor,& ejusdem subsequebantur

bantur excrementa alba, cum urina suprà modum crassa, & flava spuma super ea natante, quæ subesse, effusio bilis per corporis cutim sparsa flavo suo colore denotabat; favore tamen Divino, à morbo illo in hac ætate mea funesto, integrè convalui quinto ab invasionis suæ die, postquam tribus diebus continuis in majori abundantia quam aliquibus hæc ætas mea ferendo videretur, expurgatus fuissem.

Et quemadmodum in vulneribus quæ optimè, & securè per primam intentionem curantur debet preveniri puris concoctio; ita nec ea humorum in cholera morbo est exspectanda; ubi turgens humor eo quo dixi tempore 4. aut 5. granorum pillula Theophrasti domatur; & patiens tam citò cum ea curatur, quàm sæpè sine ea interimitur; unde dictum morbum multi conflictui bellico compararunt, in quo, ut ait *Horatius*, cita mors venit aut victoria læta: ob quam causam lingua hic vernacula **Ropters Ziechte** vocatur.

Merito

Merito igitur prediĉtorum trium liquorum uſus commendandus venit, cùm ultro hoc, quod ob virium præcellentiam in dictis morbis, pharmacis pretioſiſſimis longè antecellant; palato non ingrati, ubique obvii ſint, tam ditioribus, quam iis quibus res anguſta domi eſt; nihilo enim aqua comparatur, & parvo acetum & ſerum-lactis conſtant, & quod morbi, quibus pre omnibus aliis remediis præſcribuntur, ita indeſinenter occurrant, ut magna pars praxeos Medicorum ſint.

Nec velim exiſtimetur tres illos liquores, & præcipuè aquam & ſerum-lactis, intra præfatorum morborum terminos locum tantummodo habere; quis enim in profeſſione noſtra peritus non approbabit; ſi calore hepatis aut febrili laborantibus pro julapio ſerum-lactis, cum ſucco citri exhibeatur; & pro Apozemate ſi idem ſerum aut aqua, cum acetoſa aut cichorio, ſimilibuſve herbis, & cum radici-

bus

bus aliifve aperientibus decoquatur, fi obftructionem fubeffe Medici exiftiment, iliamque talia requirere videatur; quorum colaturæ etiam facchari aliquid ad faporis gratiam addi poterit, quæ à pauperibus, exiguo fumptu acquiri & ab aliis non minùs proficuè & facilè confici poterunt. Non enim pluralitate ingredientium opus eft; quæ diverfitate qualitatum fuarum fæpè fibi mutuo funt impedimento; fufficiunt quippe, quæ conveniunt, & fatis bonæ efficaciæ funt, cum in fufficienti quantitate præparantur & exhibentur: Imò vel ferum vel aqua fola affumpta intentioni frequenter fatisfaciunt abunde; Ut *Galenus* frigidæ hauftum agoniſticum in ardente febre monet effe præfentaneum remedium; & in Diarrhęa torminali, malui ego ferum lactis folum quam aliis retundentibus acrimoniam humorum permiftum exhiberi; neque eidem tantillum facchari ad faporis gratiam, immifceri volui; illudque etiam in cly-

clysteribus ordinariis, ne plus æquo detergeant, & ulcus irritent, non admisi.

Cum his vulgaribus liquoribus finio, & hæc compendioli mei æque ac gallici vulgari meo stylo composita, & non ad ostentationem ementita, prudenti peritiorum judicio submitto, & Lectori benevolo libens offero, Coronidis loco mihi dixisse suffecerit, me sincerè ea quæ existimo verissima conscripsisse, nulli prorsus, etiamsi quędam ab aliorum opinione dissrepent, detractum voluisse, famam aucupari noluisse. Unicus mihi & animo & calamo semper scopus fuit, me meaque omnia publico Reip. bono consecrare, obnixè benevolum Lectorem deprecando, ut hunc qualemcumque meum laborem, eo quo susceptus est animo complecti, ęqui bonique consulere, & candidè omnia ut à me conscripta sunt, interpretari non dedignetur; & quæ felicissimè à me in communem usum, communibus malis (licet hactenùs

ctenùs inusitata) redacta sunt, eorum non vereatur opportunè effectus experiri.

Vale & fruere.

FINIS.

APPRO-

APPROBATIO.

LIbellus hic novos ac rarisſimos continens Diſcurſus Medicos, per Virum expertiſſimum D. HERMANNUM Vander HEYDEN Medicinæ Doctorem probatos, & ab aliis iam longè latéque in uſum cum felici ſucceſſu receptos, cùm Fidei orthodoxæ, aut bonis moribus nihil habeat contrarium, dignus eſt ut ex Idiomate Gallico à ſuo Auctore Latinitate donatus, pro multorum ſolatio & medicamine in publicum prodeat. Datum Gandavi 9. Martii. 1649.

Nicholaus Breydel S. Theolog. Licent. Can. & Cantor Eccl. Cathed. S. Bavonis, Librorum Cenſor.

ERRATA.

Monendus es Lector in Secun Discursu quotiescunque occurr *Labdanum* legendum esse *Lauca num.*

